2. Proinde Herodes ubi Arabas ex ea ſibi cauſa hoſtes eſſe deprehendit, unde amiciſſimos *fore* exiſtimabat, atq; tale reſponſum nunciis dederat quale dolor ei ſuggeſſit, iter convertit in Ægyptum. Et prima quidem veſpera in fanum quoddam ruſticanum divertit, ut reciperet quos reliquerat. Poſtero autem die cum Rhinocururam perveniſſet, fratris mors ei nunciatur: *& cum juſto dolori indulſiſſet, depoſita cura perrexit. At vero, cum Arabem ſero facti pœnituiſſet, quam celerrime miſit, qui revocarent eum quem contumelioſe tractaverat. Herodes autem eos etiam longe præcurrens in Peluſium pervenerat, ubi tranſitu prohibitus ab iis qui in ſtatione erant, *loci* rectores convenit. Atque illi famam viri & dignitatem reveriti Alexandriam eum deducunt. Ingreſſus autem civitatem ſplendide à Cleopatra exceptus eſt, ſpei plenâ fore ut ducem haberet ad ea quæ paraverat. Verum cum reginæ preces rejeciſſet, nihilque ſubveritus eſſet aut tempeſtatis aſperitatem aut tumultus in Italia, Romam navigabat.

Herodes Rhodum appulſus inde Romam ſe conſert, quæque acciderant Antonio exponit. Ant. p. 648.

3. Circa Pamphyliam vero periclitatus, & majori parte oneris ejecta, ægre in Rhodum, bello adverſus Caſſium vehementer vexatam, evadit incolumis. Ab amicis vero Ptolemæo & Sappinio exceptus, licet pecuniæ inops fuerit, triremem maximam ædificat. qua conſcenſa inde cum amicis ſolvit & Brunduſium appulit: atque inde continuo Romam profectus, Antonium, propter amicitiam quæ ei cum patre *ſuo* interceſſit, primum *omnium* adibat, eique tam ſuas quam familiæ ſuæ calamitates exponit: quodque, ſuis maxime neceſſariis in caſtello obſidione cincto relictis, per medias tempeſtates ſupplex ad eum navigaſſet.

Herodi plurimum favet Antonius. Ant. p. 648.

4. Tantæ autem mutationis miſericordia commovetur Antonius, Antipatri quidem recordatione cujus uſus fuerat hoſpitio, maxime vero, propter ipſius etiam qui præſens aderat

ἐφθάκει, καὶ Φασαήλῳ πεθηκότος εἰς κενὸν Ηρώδης φιλάδελφος ἦν. ὁ μὲν οὖδὲ ὣς Αραψιν ἤνεγκε φιλίαν μένσαι. ὁ γὰρ βασιλεὺς αὐτῶν Μάλιχος, πρεσπέμψας κατὰ τάχος ὅπ᾽ ἡ χώρας προσέταττεν ἀναχρέφειν, προφάσῃ μὲν χρώμενος Πάρθοις, ὅτι συμπυκοῦσαθαι γὰρ αὐτὸς ἐκβαλεῖν Ηρώδην τῆς Αραβίας, τῷ δὲ ὄντι πεσαμρύμενος κατοχεῖν τὰ Αντιπάτρῳ χρέα, καὶ μηδὲν εἰς τὰς ἐκείνῳ δωρεὰς [a] ἀνπωφελεῖν χρήζυσι τοῖς τέκνοις δυσωπεῖσθαι. συμβόλοις δ᾽ ἐχρῆτο τῆς ἀναιδείας τοῖς ὁμοίως ὑποτρεῖν τὰς Αντιπάτρῳ ὠφελκαταθήκας ἐξέλυσιν. ἦσαν δὲ περὶ αὐτὸν ⓐ δυνατάταβοι.

β΄. Ηρώδης μὲ δὴ πολεμίως τὺς Αραβας εὑρὼν, δι᾽ ἃ φιλτάτως ἤλπισε, καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὑποκρινάμενος, ὡς ὑπηνόρευε τὸ πάθος, ὑπέστρεψεν [b] ἐπ᾽ Αἴγυπτον. καὶ τὴ μὲ πρώτην ἑσπέραν, καλά τι τῶ ὑπιχωρίων [c] ἱερῶν αὐλίζεῃ, [d] τὺς ὑπολειφθέντας ἀναλαβών. τῇ δ᾽ ἑξῆς εἰς [e] Ρινοκόρουραν προσελθόντι, τὰ περὶ τὴ τὰδελφῶ τελευτὴν ἀπαγγέλλεῃ. [f] πρσλαβὼν δὲ πένθος ὅσον ἦν, ὡς ἀπεθήκατο φρονπίδας, ἦει πρσσπέρω. καὶ δὴ βεβαίως ὁ Αραψ μεταγνόησας, ἔπεμψε σὺν τάχει τὺς ἀναγαλέσοντας ἡ ὑρμισμένους. ἔφθασε δὲ καὶ τύτως Ηρώδης εἰς Πηλύσιον ἀφικόμενος, ἔνθα τὴ παρόδῳ μὴ τυγχάνων ὑπὸ τῶ [g] ἐφορμούντων, τοῖς ἡγεμόσιν ἐντυγχάνῃ. κἀκεῖνοι, τιμῶ τε φήμῃ καὶ ὄξιώματι τὰνδρὸς αἰδεσθέντες, πρσπέμπυσιν αὐτὸν εἰς Αλεξάνδρειαν. ὁ δὲ, παρελθὼν εἰς τὴ πόλιν, ἐδέχθη μὲ λαμπρῶς ὑπὸ Κλεοπάτρας, πρατηρὸν ἐλπίζυσης ἕξειν εἰς ἃ [h] παρεσκεύαζεῦ. διακρυσάμενος δὲ τὰς πρσκλήσεις τῆ βασιλίδος, καὶ μήτε τὴ ἀκμὴν ἔτ᾽ χειμῶνος ὑποδείσας, μήτε τὺς χτ᾽ τὴ Ιταλίαν θορύβυς, [i] ὅπι Ρώμης ἔπλει.

γ΄. Κινδυνύσας δὲ περὶ τὴ Παμφυλίαν, καὶ ἔτ᾽ φόρτῳ ὄ πλεῖον ἐκβαλὼν, [k] μόλις εἰς Ρόδον ἀφικνεῖται, σφόδρα τῷ [l] πρὸς Καίσιον πολέμῳ τεταραγμένην. δεχθεὶς δὲ ὑπὸ Πτολεμαίῳ καὶ [m] Σαππινίῳ τῶ φίλων, καίπερ ὢν ἀπορία χρημάτων ὤν, ναυπηγεῖται [n] τριήρη μεγίστην. σὺν ᾗ μετὰ τῶ φίλων εἰς Βρεντέσιον καταπλύσας, κἀκεῖθεν εἰς Ρώμην ἐπειχθεὶς, πρῶτῳ μὲν τὴν πατρῴαν φιλίαν ἀνεκαίνισεν Αντωνίῳ, [o] καὶ πάς τε αὐτῷ καὶ ἔτ᾽ γένυς συμφορὰς ἐκδιηγεῖται· ὅπ τε, τὺς οἰκειοτάτως ὲ φρυρείῳ καταλιπὼν πολιορκυμένως, μέσῳ χειμῶνι πλύσειεν ἐπ᾽ αὐτὸν ἱκέτης.

δ΄. Αντωνίου δὲ ἥπετο πρὸς τὴν μεταβολὴν οἰκτῶ, καὶ κατὰ μνήμην μὲν τῆς Αντιπάτρου ξενίας, τὸ δὲ ὅλον, καὶ μέσῳ τῶ παρόντι ἀρετὴν,

a Ἀνπαρεχεῖν τοῖς τέκνοις χρήζυσι, συμβόλοις χρώμενον τ᾽ ἀναιδείας Bod. Est qui δυσωπεῖσθαι delendum censet; eóque magis quod locum in hunc modum vertat *Rufinus*, *certa vero causa fuit, quod vicem Antipatro debitam negare proposuerat, neque pro beneficiis ab eo perceptis aliquid ejus filiis gratiæ rependere, consolationis egentibus.* Vulgata tamen lectio ferri potest, vocula τι ante ἀνπαρεχεῖν subintellecta. b Επ᾽ Αιγύπτυ Bod. c Al. ἱερόν. d Τὺς ἐπιχωρίους vel τὺς οἰκείους ἀναλαμβάνων in MSS. πρπλοίπεις γὰρ αὐτῷ πολλὺς τ᾽ ἐπιχωρίων, Ant. p. 647. v. 35. e Ρινόκυρα Bod. aliis Ρινοκόρυρα, & Ρινοκόλυρα, à præcisis nempe naribus incolarum. qua de re videlis *Diodorum Sic.* l. 1. p. 55. al. 38. & *Strabonem*, l. 16. p. 759. qui ex *Stephano* περὶ πόλεων ſic legi debet, Ρινοκόρυρα διὰ τ᾽ εἰσαιτιρθέντων εἶναι τὸ πάλαιον ἀνθρώπων τὰς μύνας ἠκρατηριασμένων, ὅτι καλυμένη. *Aldr.* f Ita *Bod.* πρσλαβὼν δ᾽ πένθ᾽ ὅσον ἦν ὡς ἀπεθήκατο φρονπίδων *Baſ. & Gen.* & *nonnulli MSS.* in *aliis* ὅσον ἦν ὧν ἀπεθήκατο φρονπίδων, ac ſi voluiſſent, quod Herodes huic uni malo quantum cæteris omnibus indoluerit. Vereor ut Græci ſic loquantur: at ſententia haud abſurda eſt, & ferri poſſet, modo ὅσον ἐφ᾽ ᾧ legeretur. *Aldr.* g Εφορμούντων *Big. Bod.* & *Voſſ.* h Παρισκεύαζε *Bod.* i Επὶ Ρώμην *Bod.* k Ita ex *MSS.* μόγις in *Impreſſis.* l Πρὸς Κασσίυ *Bod.* m Σαφινίῳ *Bod.* & *Ruf.* Σαπτίνιος dicitur in *Ant.* p. 648. v. 4. n Ita *MSS.* τριήρη *Baſ. & Gen.* o Καὶ πάς γε αὐτῷ, & mox ὅπ ἡ κῆ *Bod.* * *Rufinus* vertit, *acceptoque tanto luctu, quanto curarum æſtum depoſuit, ibas ulterius.* Potes etiam (inquit *Aldrichius*) ad hunc modum interpretari, *eumque dolorem inde quantum potuit accepiſſet, conſumpta ægritudine perrexit*: quod ad *Rufini* verſionem proxime accedit: & uterque loquendi modus idoneos habet autores.

a Και

τιὼ, ἔγνωκε τότε βασιλέα καθιςᾶν Ιουδαίων, ὃν πρότερον αὐτὸς ἐποίησε τετράρχην. σπουδὴν δ' οὐκ ἔλαττον τῆς εἰς Ηρώδην φιλοτιμίας [a] ἡ πρὸς Αντίγονον διαφορά. τοῦτον γὰρ δὴ καὶ ὑποπτεύοντά τε καὶ Ρωμαίοις ἐχθρὸν ὑπελάμβανε. Καίσαρα μὲν οὖν εἶχεν ἑτοιμότερον αὐτῷ, τὰς Αντιπάτρου στρατείας ἀνανεούμενον, ἃς κατ' Αἴγυπτον αὐτῷ τῷ πατρὶ συνδιήνεγκε, τήν τε ξενίαν, καὶ τὴν ἐν ἅπασιν εὔνοιαν, ὁρῶντα μεμιγμένην καὶ τὸ Ηρώδου δραστήριον. συνῆγε δὲ καὶ τὴν βουλὴν, ἐφ' ᾗ [b] Μεσσάλας καὶ μετ' αὐτὸν Ατρατῖνος, προαγαγόντες τὸν Ηρώδην, τάς τε πατρῴας εὐεργεσίας, καὶ τὴν αὐτῶν πρὸς Ρωμαίους εὔνοιαν διεξῆλθον, ἐπιδεικνύμενοι ἅμα καὶ πολέμιον τὸν Αντίγονον, ἐξ οὗ ὃ μόνον διενέχθη ταχύ, ἀλλ' ὅτι καὶ τότε μετὰ Πάρθων λάβοι τὴν ἀρχὴν, Ρωμαίοις ἐπιβουλεύων. τῆς δὲ συγκλήτου πρὸς ταῦτα κεκινημένης, ὡς παρελθὼν Αντώνιος καὶ πρὸς ἃ κατὰ Πάρθων πόλεμον βασιλεύειν Ηρώδην συμφέρειν ἔλεγεν, ἐψηφίζοντο πάντες. Λυθείσης δὲ τῆς βουλῆς, Αντώνιος μὲν καὶ Καῖσαρ, μέσον ἔχοντες Ηρώδην, ἐξῆσαν· πρηγον δὲ σὺν ταῖς ἄλλαις ἀρχαῖς οἱ ὕπατοι, θύσοντές τε καὶ τὸ δόγμα ἀναθήσοντες εἰς τὸ Καπετώλιον. τῇ δὲ πρώτῃ Ηρώδου τῆς βασιλείας ἡμέρᾳ, Αντώνιος [c] εἱστία αὐτόν.

virtutem, tunc propoſuit eum Judæorum regem conſtituere, quem ipſe tetrarcham antea fecerat. Cæterum non minus quam ſuo erga Herodem ſtudio, odio in Antigonum *ad hoc* pertrahebatur. namque & hunc ſeditioſum & Romanis inimicum eſſe ſuſpicabatur. Immo vero Cæſarem quidem ſeipſo multo paratiorem habebat, memoria repetentem Antipatri militiam, qua in Ægypto cum ipſius patre functus fuerat, ejuſque hoſpitium, & in omnibus benevolentiam, cum & præter hæc Herodis quoque ſtrenuitatem cerneret. Porro ſenatum convocabat, in quo Meſſala & poſt eum Atratinus, producto Herode, & patris ipſius beneficia erga Romanos & benevolentiam narrando percenſuerunt, ſimulque hoſtem Antigonum demonſtrantes, non ſolum quod intra breve tempus is diffidere cœpiſſet, ſed etiam quod tunc contemptis Romanis à Parthis regnum accepiſſet. His autem commoto ſenatu, cum Antonius in medium progreſſus dixiſſet, quod etiam ad Parthicum bellum expediret, ut rex fiat Herodes, omnes aſſentiunt. Dimiſſo autem ſenatu, medium quidem Herodem ſtipantes Antonius & Cæſar exierunt: conſules vero *eos* deducebant, una cum aliis magiſtratibus, ad ſacrificandum & decretum in Capitolio reponendum. Ac primo regni Herodis die, convivio eum excipiebat Antonius.

Cæſaris in Herodem benevolentia.

Herodem, regem à Senatu creatum, in Capitolium deducunt Antonius & Cæſar. Antt. p. 649.

ΚΕΦ. ιε'. — CAP. XV. — XII.

Αντίγονος πολιορκεῖ τὸν ἐν Μασάδᾳ, ὃς Ηρώδης ὑπὸ Ρώμης ἐπανελθὼν ῥύεται, καὶ εὐθὺς ἦκε πρὸς τὰ Ιεροσόλυμα, ἔνθα Σίλωνα διαφθαρέντα καταλαμβάνει.

Antigonus Maſadæ incluſos obſidet, quos Herodes Roma reverſus liberat, & mox Hieroſolyma profectus Silonem pecunia corruptum deprehendit.

ΠΑρὰ δὲ τὸν χειμῶνα τοῦτον, Αντίγονος ἐπολιόρκει τοὺς ἐν Μασάδᾳ, τοῖς μὲν ἄλλοις ὀπτανδείοις ἀφαρκυμένους, [d] ἀποτρίζοντας δὲ ὕδατος. διὸ καὶ Ιώσηπος, ὁ ἀδελφὸς Ηρώδου, σὺν ἀφαιρουμένοις τὰ οἰκεῖα δρασμὸν ἐβουλεύετο εἰς Αραβας, ἀγνοῶν τὰ εἰς Ηρώδην ἁμαρτήματα Μαλίχῳ μεταμέλειν. καὶ ἔφθη καταλιπὼν ὃ φρέαρ, εἰ μὴ θεὸς τῇ νυκτὶ τῆς ἐξόδου συνέβη πλεῖστον ὑσαι. πολὺ γὰρ ὑπερχεόμενον ὕδατος ἀναπλησθέντων [e] οὐκ ἔτ' ἔχρῃζε φυγῆς, ἀλλ' ἐπεξῆσαν ἤδη τοῖς περὶ Αντίγονον· καὶ τοὺς μὲν φανερῶς συμπλεκόμενοι, τοὺς δὲ λοχῶντες συχνοὺς διέφθειρον. ὁ μὲν οὖν ἅπασιν εὐτύχει, ἔτι δ' ὅπου καὶ αὐτοὶ παίοντες ἀνέτρεφον.

Β'. Κατὰ τοῦτο [f] Βεντίδιος ὁ Ρωμαίων στρατηγὸς, πεμφθεὶς ὑπὸ Συρίας Πάρθους ἀνείργειν, μετ' ἐκείνους εἰς Ιουδαίαν παρέβαλεν, λόγῳ μὲν ὡς βοηθήσων τοῖς περὶ Ιώσηπον, ἔργῳ δ' Αντίγονον ἀργυρώμενος. ἔγγιζε γοῦν Ιεροσολύμων αὐλισάμενος, ὡς ὠνεπλήσθη χρημάτων, αὐτὸς μὲν ἀνεχώρει μετὰ τῆς πλείστης δυνάμεως· Σίλωνα δὲ [g] σὺν μέρει καταλέλοιπεν, ὡς μὴ καταφανὲς τὸ λῆμμα ποιήσῃ πᾶσι, ἀπαναστήσας. Αντίγονος δὲ πάλιν ἐλπίζων Πάρθους ἐπαμύνειν

TOto autem hoc tempore Antigonus eos, qui in Maſadam incluſi erant, oppugnabat, cæteris quidem *victui* neceſſariis abundantes, ſed aquæ penuria laborantes. Quare Joſephus quoque frater Herodis cum ducentis ſuorum ad Arabas fugere decrevit, quod audierat Malichum commiſſorum in Herodem pœnitere. Et protenus caſtellum reliquiſſet, niſi nocte, qua exiturus erat, largiter pluere contigiſſet. nam ciſternis aqua repletis, illi non amplius opus erat fuga; ſed in Antigonianos eruptionem fecerunt: & partim prælio aperto, partimque inſidiis multos interfecerunt. Non tamen illis omnia ad votum cedebant, ſed & ipſi aliquando victi pedem referebant.

Herodis familia ab Antigono obſeſſa & oppugnata. Antt. p. 649

2. Interea Ventidius Romanorum dux, miſſus ad Parthos Syria arcendos, poſt illos in Judæam venit, verbo quidem ut Joſepho ſuiſque auxilium ferret, re autem vera ut Antigonum pecunia multaret. Itaque cum proxime Hieroſolyma tetendiſſet, quam primum affatim pecuniæ acceperat, ipſe quidem cum copiarum parte majori diſceſſit; Silonem vero, cum parte *alia militum* reliquit, ne quæſtum ſordidum palam faceret, ſi omnes abduxiſſet. Antigonus autem ſperans iterum Parthos ſibi ſuccurrere,

Ventidius in Judæam venit. Antt. p. 649.

---

a Καὶ ἡ πρ. *Voſſ.* b *Al.* Μασσαλᾶς. c Ἐσῴ *Big.* d Σπανίζοντας *Bod. & Antt.* p. 649. v. 17. e Οὐ κατιδὼν φ. in pleriſque *MSS.* οὐκ ἔτ' ἰδὼν in *aliis.* οὐκ ἔτι φυγῆς ἰδὼν in *Antt.* p. 649. v. 22. f *Al.* Οὐεντιδιος, ut & Βεντιδιος in quibuſdam *MSS.* Hac de re confer *Dionem*, l. 48. p. 380. g Ita *Big. & Ruſ.* & μέρος τινὸς in *Antt.* p. 649. v. 34. Συμμείξαντα in *cæteris.*

currere, Silonem etiam interea coluit, ne quid ſibi præter ſpem noceret.

Herodes, Roma relicta, in Judæam properat. Antt. p. 649. 650.

3. Jam vero Herodes, cum ab Italia Ptolemaidem navigaſſet, & copias non mediocres partim externorum partim popularium contraxiſſet, properabat per Galilæam adverſus Antigonum, *ipſum* adjuvantibus Ventidio & Silone, quibus Dellius ab Antonio miſſus perſuaſit, ut Herodi reducendo operam darent. Et quidem Ventidius *jam* in eo erat, ut excitatas propter Parthos in urbibus turbas componeret: Silo vero in Judæa *manebat*, pecuniis ab Antigono corruptus. Non tamen Herodes virium egebat, ipſi autem progredienti quotidie copiæ augebantur; omniſque Galilæa, paucis exceptis, ſtabat ab ejus partibus. * Et quidem ei maxime incumbebat ut Maſada potiri contenderet, & ante omnia affines ſuos obſidione liberaret. Sed impedimento erat Joppe. nam illa, cum hoſtis eſſet, prius capienda erat, ne qua à tergo relinqueretur hoſtibus munitio, dum Hieroſolyma peteret. † Quin & his Silo ſe libenter adjunxit, cur exercitum moveret cauſam nactus. Cumque illi perſequentes inſtarent Judæi, hos excurrens Herodes cum parva manu cito in fugam vertit, & Silonem ſervat ægre ſe defendentem.

Suis è Maſada receptis Hieroſolyma adit. Antt. p. 650.

4. Deinde capta Joppe, ſuos liberaturus ad Maſadam feſtinabat. & ex indigenis, alii quidem propter paternam amicitiam illi ſe adjungebant, alii vero propter ipſius gloriam, & nonnulli ut utrique ob beneficia gratiam referrent: plurimi vero propter ſpes, quas in eo, ut in rege deinceps certo futuro, habebant. Jamque validiſſimæ coactæ erant copiæ. Sed cum procederet ei inſidiabatur Antigonus, loca opportuna occultis militibus occupans, quibus nihil aut parum admodum hoſtibus nocebat. Herodes autem, & ſuis ex Maſada facile receptis & Reſſa munitione, Hieroſolyma adibat. ipſi vero ſeſe junxerunt Silonis milites, cum multis ex civitate tanta potentia perterritis.

Et urbem oppugnat. Antt. p. 650.

5. Cum autem ad urbis partem occidentalem caſtra feciſſet, qui illac *diſpoſiti* erant cuſtodes ſagittis eos & miſſilibus impetebant: alii vero turmatim excurrentes exercitûs in acie poſitos tentabant. Herodes autem primum quidem proclamari juſſit circa mœnia, ſeſe & propter populi commodum & civitatis ſalutem adeſſe, ne ab apertis quidem adverſariis pœnas repetiturum, ſed etiam inimiciſſimorum in ſe peccata oblivioni daturum. Deinde vero cum vociferationibus ex adverſo obſtarent Antigoniani, quo minus aut præcones exaudire aut ſententiam mutare quiſpiam poſſet, quod reliquum erat, ſuis imperat *Antigonus* hoſtes à mœ-

αὐτῷ, καὶ Σίλωνα τίσας ἐθεράπευσεν, ὡς μηδὲν ὀχλοίη [a] πρὸς τὰς ἐλπίδας.

γ'. Ηδη δὲ Ηρώδης καταπεπλωκὼς ἐκ τῆ Ιταλίας εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ συναγοχὼς δύναμιν οὐκ ὀλίγων ξένων τε καὶ ὁμοφύλων, ἤλαυνε διὰ τῆ Γαλιλαίας ἐπ' Αντίγονον, συλλαμβανόντων Βεντιδίῳ τε καὶ Σίλωνι, ὃς [b] Δέλλιος, ὑπ' Αντωνίῳ πεμφθεὶς, Ηρώδῃ συγκαταγειν ἔπεισεν. ἐτύγχανε δὲ Βεντίδιος μὲν ἐν τοῖς πόλεσι τοὺς διὰ Πάρθους ταραχὰς καθιζάμενος, Σίλων δ' ἐν Ιουδαίᾳ, χρήμασιν ὑπ' Αντιγόνου διεφθαρμένος. ὁ μὲν Ηρώδης ἰσχύος ἠπόρει, προϊόντι δὲ αἰεὶ καθ' ἡμέραν ἠύξετο τε καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ πλείων ὀλίγων, [c] πᾶσα Γαλιλαία προσέθετο. προῄκειτο μὲν οὖν ὁ ἀναγκαιότατον ἀγώνισμα Μασάδα, καὶ τὸ ῥύσασθαι πρῶτον τοὺς οἰκείους ἐκ τῆ πολιορκίας. ἦν δ' ἐμπόδιον Ιόππη. ταύτην γὰρ ἐχρῆν πολεμίαν οὖσαν ἐκβαλεῖν πρότερον, ὡς μὴ, χωροῦντος ἐπὶ Ιεροσολύμων, ὄπισθεν τὶ τοῖς ἐχθροῖς ἔρυμα καταλίποι. συνῆπτε δὲ καὶ Σίλων ἀσμένως τὴν [d] ἀπαναζάσεως πρόφασιν εὑρών. ὡς δὲ προσέκειντο Ιουδαῖοι διώκοντες, ἐπὶ τούτους Ηρώδης ὀλιγανθρώπων μετ' ὀλίγων σφῶν τρέπει ταχέως, καὶ Σίλωνα διασῴζει κακῶς ἀμυνόμενον.

δ'. Επειτα Ιόππην ἑλὼν, πρὸς τὴν Μασάδαν ῥυσόμενος τοὺς οἰκείους ἠπείγετο. καὶ τῶν ὁπλιτῶν, ὧν μὲν πατρῴα φιλία προσῆγεν, ὧν δὲ ὁ αὐτῷ κλέος, ὧν δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν εὐεργεσίας ἀμοιβὴ· πλείστους γε μὴν ἐλπὶς, ὡς ἐκ βασιλέως [e] βεβαίου. δυσκίνητος δὲ ἤδη δύναμις ἠθροιστο. προϊόντα δ' Αντίγονος ἐπῆρευε, τὰ πιτήδεια τῆ παρόδου προλοχίζων· ὁ οἷς ὀδὸν, ἢ μικρὰ [f] τοὺς πολεμίους ἔβλαπτεν. Ηρώδης δὲ τούς τε ἐκ Μασάδας οἰκείους προσλαβὼν ῥᾳδίως, καὶ [g] Ρῆσσαν ὄρους φρούριον, ἦει πρὸς τὰ Ιεροσόλυμα. συνῆπτε δὲ αὐτῷ τὸ μὲν Σίλωνος στρατιωτικὸν, καὶ πολλοὶ τῶν ἐκ τῆς πόλεως, τῷ ἰσχυρῷ καταπλαγέντες.

ε'. Στρατοπεδευσαμένου δὲ κατὰ τὸ πρὸς δύσιν κλίμα τοῦ ἄστεος, ἃ [h] ταύτῃ φύλακες ἐτόξευόν τε καὶ ἐξεκόντιζον [i] αὐτούς· ἄλλοι δὲ, κατὰ τάγμα ἐκθέοντες, ἀπεπειρῶντο τῶν προπεπαγμένων. Ηρώδης δὲ τὸ μὲν πρῶτον κηρύσσειν [k] ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐκέλευεν, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τε [l] παρὼν ἥκοι καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως, μηδὲν μήτε τοὺς [m] φανερὸς ἐχθροὺς ἀμυνόμενος, δώσων δὲ καὶ τοῖς διαφορωτάτοις ἀμνηστίαν. ἐπεὶ δὲ ἀντιπαρῃρρύτιτες ἃ πρὸς ἃ Αντίγονον, ὅτε καταχεῖν τῶν κηρυγμάτων εἴη τινὰς, ὅτε μεταβάλλεσθαι, ὁ λοιπὸν [n] ἀμυναῖς τοὺς ἀπὸ τῆ τείχους ἐπέ-

τρεπε

a Πρὸ τῆ ἐλπίδος in *MSS.* in *Ruſini* verſione, *ut pendente ſpe nihil inquietaret.* *b* Fuit vero Dellius hic hiſtoricus ille cujus apud *Plutarchum* in *Antonio* facta habetur mentio; & cujus epiſtolæ laſcivæ ad Cleopatram ferebantur, ut *in oratione Suaſoria* 1. retulit *M. Seneca*: quem & turpi conſuetudine ipſi Antonio devinctum fuiſſe *Dio* innuit, *l.* 49. p. 415. *c* Πᾶσα ἡ Γαλιλαία *Bod.* *d* Επαναζάσιος in uno *MS.* *e* Ἀσφαλοῦς perperam *Bod.* & *Voſſ.* *f* Τοὺς περὶ Ηρώδην πολεμίους *Bod.* *g* Ita ex *Anon.* p. 650. v. 27. Θρῆσσαν in *Editis.* Ρῆσσαν *Big. Bod. Lipſ.* & *Voſſ.* Vide ad p. 646. v. 11. & p. 988. v. 31. *h* Ita *Big.* & *Bod.* favente *Joſepho* in *Antt.* p. 650. v. 31. ταύτῃσι in *ceteris.* *i* Εἰς αὐτοὺς *Voſſ.* πρὸς αὐτοὺς in *Antt.* p. 650. v. 32. *k* Περὶ τὸ τεῖχος *Lipſ. Bod.* & *Antt.* p. 650. v. 34. *l* Παρὼν ἡ πόλεως ἕνεκα σωτηρίᾳ τῆ δήμου *Bod.* *m* Vocem φανερὸς deſiderant *Impreſſi*: quare ex *Lipſ. Big. Voſſ. Ruf.* & *Antt.* p. 650. v. 36. eam addidi. φανερὰς *Bod.* *n* Ita *Big. Bod.* & *Voſſ.* necnon ipſe *Joſephus* in *Antt.* p. 650. v. 49. ἀμυνοῦς in *Editis Aliiſque.* *Ruſinus* vertit, *quod reliquum erat, ſuis imperat murorum defenſores deturbare.* Ut tollatur, inquit *Aldrichius*, hujus loci ambiguitas, lege ex *Antt.* p. 650. v. 49. τὸ λοιπὸν Αντίγονος, atque ἀμυνοῦς ἀπὸ τῆ τείχους expone *à mœnibus hoſtes arcere.* Verum, ſi hoc fiat, aut τοὺς delendum aut in αὐτοὺς mutandum cenſeo. Vide infra cap. 16. §. 6. * Et præpoſitum habeant præmium neceſſarium Maſſadam, ut primum affines ſuos obſidione liberaret, *Ruf.* † Silo autem jungit agmina, inveniſſe gaudens reſiſtendi occaſionem, quod eum perſequutio premeret Judæorum. Hos autem Herodes, parvæ manus excurſatione perterritos, mature in fugam vertit, & Silonem male repugnantem periculo eripit, *Ruf.*

a Χρήματα.

περὶ τοῖς σφετέροις. ⓐ δὲ ταχέως ἅπαντας ἀπὸ τῶν πύργων ἐτρέψαντο τοῖς βέλεσιν.

ς'. Ἐνθα δὴ καὶ Σίλων ἀπεκαλύψατο τὴν δωροδοκίαν. ὀπισθοδρομήσας γὰρ πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν, ἀπαίτησιν ὀπτηδείων ἀναβοᾶν, καὶ [a]χρήματά τε εἰς τροφὰς ἀπαιτεῖν, [b]ἀπαγαγεῖν τε σφᾶς χειμερίσοντας εἰς τοὺς ὀπτηδείους τόπους, ἐπειδὴ τὰ περὶ τὴν πόλιν ἦν ἔρημα, πάντα τὰ περὶ Ἀντίγονον προηφανισμένων, κινεῖ τε τὸ στρατόπεδον, καὶ ἀναχωρεῖν ἐπειρᾶτο. Ἡρώδης δ' ἐντυγχάνων τοῖς τε [c]ἀπὸ τοῦ Σίλωνα ἡγεμόσι, καὶ τῷ πλήθει τοῖς στρατιώταις, ἐδεῖτο μὴ καταλιπεῖν αὐτὸν, ἀπό τε Καίσαρος καὶ Ἀντωνίου καὶ τῆς συγκλήτου προπεμφθέντα· λύσειν γὰρ αὐθημερὸν αὐτῶν τὰς ἀπορίας. καὶ, μὴ τῆς δίκης, εὐθέως ὁρμήσας αὐτὸς εἰς τὴν χώραν, τοσαύτην αὐτοῖς ὀπτηδείων ἀφθονίαν ἐκόμισεν, ὡς πάσας ἀποκόψαι τὰς Σίλωνος προφάσεις. εἰστήκει τὰς ἑξῆς ἡμέρας μὴ ἀφαλιπεῖν τὴν χορηγίαν προηγούμενος, ἐπέστελλε τοῖς περὶ Σαμάρειαν, ὡς εἶχε τὸ δὴ ἡ πόλις [d]αὐτοῖς, σῖτον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον καὶ βοσκήματα κατάγειν εἰς Ἱεριχοῦντα. ταῦτ' ἀκούσας Ἀντώνιος, διέπεμψε [e]περὶ τὴν χώραν, εἴργειν καὶ λοχᾶν τοὺς σιτηγοὺς κελεύων. οἱ δ' ὑπήκουον, καὶ πολὺ πλῆθος ὁπλιτῶν ἀπὸ τῆς Ἱεριχοῦντα συνηθροίσθη· διεκαθέζοντο δ' ὅπως τὰ ὄρεα φυλάσσοντες τοὺς ταπεινοτέρους [f]ἐκκομίζοντας. ὧν μὲν Ἡρώδης ἡρέμει, δέκα δὲ σπείρας ἀναλαβὼν, ὧν πέντε μὲν [g]Ῥωμαϊκαὶ, πέντε δ' Ἰουδαίων ἦσαν, ἔχουσι καὶ μισθοφόρους μιγάδας, ἐπὶς οἷς ὀλίγους τῶν ἱππέων, ὅπως τὴν Ἱεριχοῦντα [h]καταλάβοι. ἣν τὴν μὲν πόλιν [i]καταλελειμμένην εὑρίσκει· πενταχοσίους δὲ τοὺς ἄλλους κατειληφότας σὺν γυναιξὶ καὶ γενεαῖς, αὐτοὺς μὲν οὖν [k]ἀπολύει λαθών· Ῥωμαῖοι δ' ἐκπεσόντες, ὃ λοιπὸν ἦν διήρπαζε, πλήρεις καταλαμβάνοντες τὰς οἰκίας παντοίων χρημάτων. Ἱεριχοῦντος μὲν οὖν φρουρὸν ὁ βασιλεὺς καταλιπὼν ὑπέστρεψε, καὶ χειμερινῆς τῶν Ῥωμαίων στρατιὰν εἰς τὰς προσηκούσας [l]πόλεις διαφῆκεν, [m]Ἰδουμαίαν καὶ Γαλιλαίαν καὶ Σαμάρειαν. ἐπέτυχε δὲ καὶ Ἀντίγονος παρὰ τοῦ Σίλωνος δωροδοκίας, [n]ὑπολύσασθαι τὸν στρατὸν μοῖραν τῶν Λύδδων, [o]θεραπεύων Ἀντώνιον.

nibus arcere: atque illi ſtatim ſagittis cunctos è turribus in fugam verterunt.

6. Ibi ſane & Silo palam fecit, ſe pecunia corruptum eſſe. nam cum multos è militibus inſtruxiſſet, qui & clamitarent commeatus eſſe penuriam, & pecuniam ad alimoniam peterent, ſeque in idonea loca ad hybernandum deduci poſtularent, quandoquidem vaſtati erant agri circa urbem, cunctis ab Antigoni militibus antea ſublatis, & exercitum movebat & diſcedere conabatur. Verum Herodes & duces Siloni ſubjectos conveniens, & milites in magna multitudine, rogabat *eos* ne ſe derelinquerent, paulo ante miſſum à Cæſare & Antonio & ſenatu: illum enim eo ipſo die ab inopia eos liberaturum eſſe. Ac *ſtatim* poſt eas preces in agros profectus, tantam eis commeatus copiam apportavit, ut omnem Siloni *diſcedendi* occaſionem præriperet. atque providens ne deinceps cibariis *milites* deficerentur, imperabat Samariæ civibus (nam ei ſeſe adjunxerat urbs iſta) ut frumentum & vinum & oleum & pecudes Hierichunta deportarent. Hæc ubi audivit Antigonus, per agros dimiſit, qui frumentatores prohibendos & circumveniendos eſſe juberent. Atque iſtis obtemperatum eſt, ac ingens armatorum multitudo ad Hierichuntem coacta eſt, & hinc inde montibus inſidebant ut illos obſervarent qui commeatus exportabant. Non tamen Herodes quietem agebat, ſed aſſumptis decem cohortibus, quorum quinque Romanorum, alteræ Judæorum erant, quibus permiſcebantur etiam aliquot mercede conducti, ac præterea equites nonnulli, Hierichunta pervenit. Et urbem quidem *incolis* vacuam reperit, quingentos vero *homines* cum uxoribus & liberis *arces occupaſſe: & ipſos quidem captos dimittit; Romani vero, facto in reliquam urbem impetu, eam diripuerunt, domos omnigenis opibus refertas deprehendentes. Et rex quidem, relicto Hierichunte præſidio, reverſus eſt, Romanumque exercitum in civitates, quæ deditionem fecerant, Idumææ *ſcilicet* & Galilææ & Samariæ hyematurum dimiſit. Quin & Antigonus à Silone impetravit, pecuniis corrupto, ut partem *Romani* exercitus intra Lydda acciperet, captans Antonii gratiam.

Silo ſuſpectæ fidei dux. Antt. p. 650.

Herodes Siloniannis commeatum abunde ſuppeditat. Antt p. 651.

Romani Hierichunta diripiunt. Antt. p. 651.

ΚΕΦ. ις'.

Ἡρώδης τὴν Σέπφωριν αἱρεῖ, καὶ τοὺς ἐν σπηλαίοις λῃστὰς χειρᾶται· ἔπειτα Μάχαιραν ἠμύνατο ὡς πολέμιον, καὶ πρὸς Ἀντώνιον χωρεῖ τοῖς Σαμοσάτοις προσπολεμοῦντα.

CAP. XVI.

Herodes Sepphorim capit, & latrones in ſpeluncis latitantes ſubigit: deinde à Machæra tanquam ab hoſte pœnas repetit, & ad Antonium Samoſata oppugnantem proficiſcitur.

ΚΑΙ Ῥωμαῖοι μὲν ἐν ἀφθόνοις διῆγον, ἀνειμένοι τὰ ὅπλα. Ἡρώδης δ' οὐκ ἠρέμει, ἀλλὰ τὴν μὲν [p]Ἰδουμαίαν [q]διχιλίοις πεζοῖς καὶ τετρακοσίοις ἱππεῦσι διελάμβανε, πέμψας καὶ ἀδελφὸν Ἰώσηπον, ὡς μή τι νεωτερισθείη πρὸς [r]Ἀντίγονον.

ET Romani quidem in magna rerum abundantia vivebant, dum ab armis quieſcerent. At Herodes otium non agebat, ſed Idumæam peditibus bis mille & equitibus quadringentis occupabat, miſſo illic fratre Joſepho, ne quid novi ab Antigono tentaretur.

Herodes Joſephum fratrem in Judæam mittit. Antt. p. 651.

a Χρήματα ταῖς τροφαῖς in *aliquot MSS.* *b* Ita *Big. Bod. Voſſ.* & *Antt.* p. 651. v. 6. ἀπάγειν τε in *Editis Aliiſque.* *c* Περὶ τὴν Σ. *Bod.* *d* Ita *MSS.* αὐτῶν in *Editis.* *e* Κατὰ τὴν χώραν, *Lipſ.* *f* Κομιζοντας in *Antt.* p. 651. v. 26. *g* Ρωμαίων *Lipſ.* *h* Γινηται *Bod. Voſſ.* & *Lipſ.* *i* Λελειμμένην in *aliquot MSS.* *k* Ἀπολαβὼν ἀπολύει *Voſſ. Big.* & *Lipſ.* λαβὼν ἀπολύει *Bod.* *l* Πολεις deeſt *Big. Voſſ.* & *Antt.* p. 651. v. 37. eam hic loci retinui, ita ut cum Ἰδουμαίαν ſubintelligatur κατὰ. *m* Ἰδουμαίαν pro Ἰουδαίαν repoſui ex conſenſu *MSS. Ruf.* & *Antt.* p. 651. v. 37. *n* Ἀποδίξασθαι *Bod.* *o* Ὡς θεραπεύων *Bod.* *p* Ita ex *Ruf.* & *Antt.* p. 651. v. 43. antea erat Ἰουδαίαν. *q* Χιλιοις *Antt.* p. 651. v. 43. *r* Αντιγονον *Voſſ. Lipſ.* & *Big.* *s* Montium cacumina, *Ruf.*

a Id

taretur. Ipſe autem, matre cum aliis quos ex Maſada liberaverat affinibus ſuis in Samariam tranſlata, ibique in tuto collocata, in Galilæam contendit, ut cætera ejus *loca munita* expugnaret, atq; Antigoni præſidia inde abigeret.

Herodes Sepphorim capit. Antt. p 651.

2. Cumque Sepphorim, licet vehementiſſime ningeret, perveniſſet, facillime civitatem accipit, cuſtodibus ejus antequam in eam impreſſionem faceret fuga dilapſis. ibique ſuis militibus, quos hyems afflixerat, recreatis (nam ſumma erat commeatus copia) adverſus latrones in ſpeluncis degentes profectus eſt; qui, magnam regionis partem incurſionibus vexantes, non minoribus, quam ſi bellum graſſaretur, cladibus incolas afficiebant. Præmiſſis autem tribus peditum cohortibus & equitum turma in vicum Arbelam, ipſe quadrageſimo die cum reliquis copiis ſupervenit. Nec tamen ejus incurſum hoſtes extimuëre, ſed armati obviam ibant, bellatorum peritia freti & latronum ferocitate. Prælio autem commiſſo, dextra ipſorum aciei pars in fugam vertit Herodis ſiniſtram. At Herodes, cum è dextro ſuo cornu celeriter hoſtes circuiviſſet, opem *laborantibus* ferebat, & non ſolum ſuos è fuga revocabat, ſed in perſequentes irruendo impetum illorum repreſſit, uſque dum plagas cominus illatas non ſuſtinentes terga darent.

In Galilæa cum hoſtibus pugnat eoſque ſuperat. Antt. p. 652.

3. Atque ille *eos* ad Jordanem uſque cædendo perſequebatur, & magnam illorum partem perimebat, reliqui vero fluvio trajecto diverſis viis dilapſi ſunt; quare contigit Galilæam metu *omni* liberari, niſi ab iis qui relicti erant in ſpeluncis latitantes: eorumq; cauſa neceſſe erat ut diutius ibi moraretur. Quamobrem primum militibus *aliquem* ex laboribus ſuis fructum reddebat, centum & quinquaginta argenti drachmas ſingulis dividendo; ducibuſque multo plures miſit in ſtationes ubi hyemabant. Pheroræ autem, fratrum ſuorum natu minimo, mandabat, ut, quod ad rerum venalium copiam attinet, illis proſpiceret & conſuleret, & Alexandrium communiret. atque ille rem utramque curabat.

Militibus ſuis largam pecuniam diſtribuit. Antt. p. 652.

4. Eodem autem tempore Athenis quidem commorabatur Antonius: Ventidius vero Silonem & Herodem ad bellum contra Parthos accerſebat, illis imperans ut prius Judææ res componerent. Herodes quidem libenter Silonem Ventidio dimiſit, ipſe vero adverſus latrones ſpeluncas tenentes expeditionem fecit. Iſtæ autem ſpeluncæ in montibus erant præruptis, undique inacceſſæ, & obliquas tantum & peranguſtas quibus aſcenditur vias habentes: rupeſque ab earum fronte in valles profundiſſimas ſe porrigebat, recta & confragoſa declivitate, ut aliquandiu quidem rex, propter loci difficultatem quid agendum eſſet, dubitaret, tandemque ſtratagemate uteretur admodum periculoſo. nam robuſtiſſimos *è ſuis* arculis demiſſos in ſpeluncarum oſtia immittit. Atque illi latrones cum familiis mactabant, ignemque repugnantibus injiciebant. Cumque ex illis nonnullos conſervare vellet Herodes, ut ad ſe

Latrones in ſpeluncis expugnati. Antt. p. 652.

αὐτὸς δὲ τὴν μητέρα, καὶ ὅσους ἐκ Μασάδας οἰκείους ἐξήγαγε, μεταγαγὼν εἰς Σαμάρειαν, καὶ κατασπάσμενος ἀσφαλῶς, ἦει τὰ λοιπὰ τῆς Γαλιλαίας καταστρεφόμενος, καὶ τὰς Αντιγόνου φρουρὰς ἐξελάσων.

β'. Περὶ δὲ τὴν Σέπφωριν ὁ νιφετὸς σφοδροτάτῳ ἐπαύσας, ἀκμὴν ὥρμαμβάνει τὴν πόλιν, ὡς ἐφόδου τῶν φυλάκων ἐκφυγόντων. ἔνθα τοὺς ἑπομένους ὑπὸ χειμῶνος κακωθέντας ἀναλαβών, πολλὴν δ' ἦν ἀφθονία τῶν ἐπιτηδείων, ὅτι τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις ὥρμητο λῃστὰς, οἳ, πολλὴν τῆς χώρας καταδεχόμενοι, οὐκ ἐλάττω κακὰ πολέμου διετίθεσαν τοὺς ὁπηκόους. ὡς πέμψας δὲ πεζῶν τρία τέλη, καὶ μίαν ἵλην ἱππέων ὡς Αρβηλα κώμην, αὐτὸς [a] μετὰ τεσσαράκοντα ἡμέρας ἐπῆλθε μετὰ τῆς λοιπῆς δυνάμεως. ὁ μὲν ὡς τὴν ἔφοδον ἔδεισε οἱ πολέμιοι, μετὰ δὲ τῶν ὅπλων ἀπήντων, τὴν μὲν ἐμπειρίαν πολεμικὴν ἔχοντες, τὸ δὲ θράσος ληστρικόν. συμβαλόντες γοῦν ᾧ σφετέρῳ δεξιῷ τὸ εὐώνυμον κέρας τῶν Ηρώδου τρέπουσι. θεωρήσας δὲ ταχέως Ηρώδης οὐκ ὀλίγ' ἀπ' αὐτοῦ δεξιὸν, βοηθεῖ, καὶ ὃ μὲν οἰκεῖον ἐπέστρεφεν οὐκ ἐκ φυγῆς, τοῖς δὲ διώκουσιν ἐμπίπτων, ἀνέκοψε τὴν ὁρμὴν, μάχει τὰς κατὰ νώτα παρεμβολὰς μὴ φέρουσι σθένειαν.

γ'. Ο δὲ, ἕως Ιορδάνου [b] κτείνειν εἵπετο, καὶ πολὺν μὲν αὐτῶν μέρος διέφθειρεν, οἱ λοιποὶ δ' ὑπὲρ τὸν ποταμὸν ἐσκεδάσθησαν, ὥς τε τὴν Γαλιλαίαν κεκαθάρθαι φόβων, πλὴν καθόσον οἱ τοῖς σπηλαίοις ἐμφωλεύοντες ὑπελείποντο, καὶ ὅτι τούτοις ἔδει λῃστεύειν. διὸ δὴ πρῶτον τοῖς στρατιώταις τὰς ἐκ τῶν πεπονημένων ὑπουργίας ἀπεδίδου, λημμάτων ἑκάστῳ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα ἀργυρίου, καὶ τοῖς ἡγεμόσι πολυπλασίονα διέπεμψεν εἰς ὃς ἐχειμάζον σταθμούς. Φερώρᾳ δὲ τῷ νεωτάτῳ τῶν ἀδελφῶν ἐπέστελλε, τῆς τε ἀγορᾶς αὐτοῖς ποιεῖσθαι πρόνοιαν, καὶ [c] τειχίζειν Αλεξάνδρειον. καὶ ταῦτα ἀμφοτέρων ἐπεμελήθη.

δ'. Ἐν δὲ τούτῳ, περὶ μὲν Αθήνας διῆγεν Αντώνιος· Βεντίδιον δ' ὅτι τοὺς Πάρθους πολεμοῦντα Σίλωνά τε καὶ Ηρώδῃ μετεπέμπετο, καταστήσασθαι πρότερον ὑπεξέλλοντα τὰ περὶ Ιουδαίαν. Ηρώδης μὲν ἀσμένως Σίλωνα πρὸς Βεντίδιον ἀπολύσας, αὐτὸς ὅτι τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις ἐστράτευσεν. τὰ δὲ σπήλαια ζῶντα πρὸς ἀποχρήμνοις ὄρεσιν ἦν ὑδαμόθεν προσιτὰ, πλαγίας δὲ [d] ἀνόδους μόνον ἔχοντα στενοτάτας· ἡ δὲ κατὰ μέτωπον αὐτῶν πέτρα κατέτεινεν εἰς βαθυτάτας φάραγγας, [e] ὄρθιον ὑπορρέπουσα τοῖς χαράδραις, ὥστε βασιλέα μέχρι πολλοῦ μὲν ἀπορεῖν πρὸς ὃ ἀμήχανον ὂν τόπου, τελεταῖον δ' ὑπνοίᾳ χρήσασθαι σφαλερωτάτῃ. [f] τοὺς γὰρ ἀλύσεις καθήκας ἐπὶ λάρναξιν ὤετο τοῖς φωλεοῖς. οἱ δὲ ἀπέσφαττόν τε αὐτοὺς σὺν γενεαῖς, καὶ πῦρ ὤιεσαν τοῖς ἀμυνομένοις. βουληθεὶς δ' ἐξ αὐτῶν καὶ [g] περισῶσαί τινας Ηρώδης, ἐκήρυξεν ἀποχω-

a Id eſt, ὡς τεσσαρακοστῷ ἡμέρᾳ ut in *Antt.* p. 652. v. 3. ſic & cap. 13. hujus libri §. 1. μετὰ ἔτη δύο idem eſt quod δευτέρου ἔτους *Antt.* p. 643. v. 3. & alibi ſæpe. Eſt enim ea loquendi formula *Joſepho* admodum familiaris. *Aldr.* Videſis *Pagi* Criticam in *Baronii* Annales, p. 219. vol. 1.. *b* Κτείνων *Big.* & *Voſſ.* *c* Ανατειχίζειν in *Antt.* p. 652. v. 20. *d* Ita *Big.* recte. ἀνίτους in cæteris. *e* Ορθίας *Bod.* *f* Τοὺς γὰρ ἀλύσεις *Bod.* *g* Sic in *omnibus MSS.* περιῶσαι in *Impreſſis.* *a* Ita

ἀποχωρεῖν πρὸς αὐτόν. τῶ δὲ [a]ἐθελούσιος μὴ ὑδεὶς προσέθετο, καὶ τῶ βιαζομένων δὲ πολλοὶ τῆς αἰχμαλωσίας προείλοντο θάνατον. ἔνθα καὶ τῶ γυναικῶν τις ἑπτὰ παίδων [b]πατὴρ, μὴ τὸ μητρὸς δεομένης τὰς παῖδας, ὅπως πέψαι σφίσιν ἐξελθεῖν ὅπῃ δεξιᾷ, κλείσῃ πρόπω τοιῶδε. καθ' ἕνα προϊέναι κελεύσας, αὐτὸς ἵστατο πρὸ τοῦ τόμιον, καὶ τῶ ἀεὶ προϊόντα τῶν υἱῶν ἀπέσφαττεν. ἐξ ὑπάτου δὲ Ηρώδης ἀποβλέπων, τῷ τε πάθει συνεχεῖτο, καὶ τῷ προσβύτῃ δεξιὰν ὤρεγε, φείσασθαί τε τέκνων παρακαλῶν. ὁ δὲ, πρὸς οὐδὲν εἰδὼς τῶν λεγομένων, ἀλλὰ καὶ προσονειδίσας τῷ Ηρώδῃ εἰς ταπεινότητα, ὅτι τοῖς παισὶν ἀναμιχθῇ καὶ τῇ γυναικὶ, καὶ καταβαλὼν τῇ κρημνῶ τοὺς νεκροὺς ὃ τελευταῖον καὶ ἑαυτὸν ἔρριψεν.

ε'. Χειρῶται μὲν ὕπο τὰ σπήλαια καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς Ηρώδης· καταλιπὼν δὲ τοῦ στρατοῦ μοῖραν, ὅσην ἀποχρήσειν ὑπελάμβανε πρὸς τὰς ἐπαναστάσεις, καὶ Πτολεμαῖον ἐπ' αὐτῆς, ὅτι Σαμάρειαν κατέστρεφεν, ὁπλίτας μὲν τετραχιλίους, ἱππεῖς δὲ ἄγων ἑξακοσίους ἐπ' Αντίγονον. ἔνθα πρὸς τῇ ἀποχώρησιν αὐτῶ λαβόντες ἄδειαν, οἷς ἔθος ἦν θορυβεῖν τὴν Γαλιλαίαν, κτείνυσι μὲν Πτολεμαῖον τὸν στρατηγὸν ἀδοκήτως προσπεσόντες, ἐπόρθουν δὲ τὴν χώραν παύμενοι τὰς ἀναφυγὰς εἰς τὰ ἕλη καὶ τὰ δυστρεύνητα τῆς χωρίου. πυθόμενος δὲ Ηρώδης τὴν ἐπανάστασιν, ἅμα τάχους ἐπεβοήθει, καὶ πολὺ μὲν αὐτῶν πλῆθος διέφθειρεν, τὰ φεύγεια δὲ πάντα πολιορκίας ἐξελὼν, ὅπως μὲν τῆς μεταβολῆς εἰσπράξατο τῶν πολεμίων ἑκατὸν τάλαντα.

ς'. Ἦδη δὲ Πάρθων μὲν ἐξελαμένων, ἀνῃρημένου δὲ Πακόρου, Βεντίδιος, ὑπατεύσαντος Αντωνίου συμμάχου, πέμπει Ηρώδῃ καὶ Αντιγόνου χιλίους ἱππεῖς καὶ δύο τάγματα. τούτων τὸ στρατηγὸν Μαχαιρᾶν Αντίγονος ἱκέτευε δι' ὑπογολῶν ἑαυτῷ βοηθὸν ἀφικέσθαι· πολλὰ θεῖ τε τὸ Ηρώδου βίας, ᾗ ἐπιπρείας τὸ βασιλείας ἀποδυόμενος, καὶ χρήματα δώσειν ὑπισχνούμενος. ὁ δὲ, [c]ἃ γὰρ καταφρονεῖ [d]ἧττον πέμψαιτο, ἄλλως τε ᾗ πλέον Ηρώδου διδόντος, εἰς μὲν τὴν προδοσίαν οὐκ ὑπήκουσεν, ὑποκρινόμενος δὲ φιλίαν, κατάσκοπος ἦεν τῶν Αντιγόνου πραγμάτων, Ηρώδῃ μὴ πιθανὸς ἀποτρέπουσι. προσαθούμενος δὲ αὐτῶ τὴν θρέψασαν Αντίγονος, τὴν τε πόλιν ἀπέκλεισε, καὶ ἀπὸ τῶν τειχῶν ὡς πολέμιον ἠμύνατο, μέχρις αἰδόμενος Μαχαιρᾶς εἰς [e]Ἀμμαοῦντα πρὸς Ηρώδην ἐχώρει, καὶ πρὸς τὴν ἁμαρτίαν τεθυμωμένος, ὅσους ἐπετύγχανεν Ιουδαίους ἀνῄρει, μηδεμίαν τῶν Ηρωδείων φειδὼ ποιούμενος, ἀλλ' ὡς Αντιγονείοις χρώμενος ἅπασιν.

ζ. Ἐφ' οἷς χαλεπήνας Ηρώδης, ὥρμησε μὲν ἀμύνασθαι Μαχαιρᾶν ὡς πολέμιον· κρατήσας δὲ τῆς

accederent per præconem juſſit. Eorum autem nemo ultro ſe tradidit: & multi, qui vi coacti id fecerant, ſervituti mortem prætulerunt. Ubi etiam è ſenibus quidam, ſeptem natorum pater, orantes cum matre liberos, ut ſibi fide dextraque data egredi permitteret, hoc modo occidit. Cum ſingulos exire juſſiſſet, ipſe in oſtio ſtabat, & ut filiorum quiſque progreſſus eſt eum jugulabat. Herodes autem è ſpecula hæc proſpiciens, dolore afficiebatur, ſenique dextram porrigebat, orans obſecranſque ut liberis parceret. Ille vero, cum nihil precibus ejus conceſſiſſet, ſed & convicia jeciſſet in Herodem ob *generis* humilitatem, poſt liberos etiam uxorem interficit; cumque corpora *eorum* in præceps devolviſſet, poſtremo & ſemetipſum dejecit.

Latronis veterani atrox facinus. Ant. p. 653.

5. Ita quidem ſpeluncas, & qui in illis erant, ſubigit Herodes; cumque exercitus partem tantam reliquiſſet, quantam ad ſeditionem comprimendam ſatis eſſe arbitraretur, eique Ptolemæum præfeciſſet, in Samariam reverſus eſt, peditum quidem tria millia & equites ſexcentos in Antigonum ducens. Ubi, poſt ejus diſceſſum, licentiam nacti, qui Galilæam turbare conſueverunt, Ptolemæum quidem ducem ex improviſo adorti interficiunt; agros autem vaſtabant, fuga ſe recipientes in paludes & loca ſcrutatu difficilia. Herodes autem, cum motus iſtos & tumultus inaudiviſſet, ad auxilium ferendum properabat, & magnam quidem ſeditioſorum multitudinem peremit, ubi vero caſtella omnia obſidione liberaſſet, ob hanc rerum perturbationem hoſtibus centum talentorum multam irrogavit.

Herodes contra Antigonum in Samariam proficiſcitur. Ant. p. 653.

6. At, jam Parthis quidem expulſis & Pacoro occiſo, Ventidius juſſu Antonii equitum mille duaſq; legiones in auxilium mittit Herodi. Eorum autem ducem Machæram, ut ſe adjutum veniret, per epiſtolas rogabat Antigonus; multa & de Herodis violentia & de injuriis regno allatis conquerens, & pecuniam *ſe ei* daturum eſſe promittens. Ille vero, * haud enim eum qui ad ipſum miſerat contemnendum putabat, præſertim cum & plura daret Herodes, in proditione quidem ei non paruit, ſimulata vero amicitia res Antigoni exploratum ivit, Herodi id diſſuadenti nihil obſequutus. Antigonus autem, qui præſenſit quo animo veniret, & civitate eum excluſit, & tanquam hoſtem à mœnibus *eum* propulſavit, uſque adeo ut Machæram *incæpti* puderet, & in Ammauntem ad Herodem ſe reciperet: iratuſque quod res tam male ceciderint, in quoſcunque Judæos incurrebat, illos occidebat, ne Herodianis quidem vel minimum parcens, ſed in omnes tanquam Antigoniani eſſent ſæviens.

Machæras Herodi ſubſidio venit, ſed mala fide agit. Ant. p. 653.

7. Iſta cum ægre tuliſſet Herodes, voluit quidem Machæram tanquam hoſtem propellere:

Herodes Machæræ iratus. Ant. p. 653.

a Ita *Voſſ.* ἐθελουσίως *Big. & Bod.* ἐθελουσίως *Baſ. & Gen.* Confer *Ant.* p. 652. 653. ubi hoc ſtratagema plenius explicatur. Ubi etiam *Joſephus* (p 625. v.8) ἐ πολλοὶ συγχωρήσαντες τῷ βασιλέως ἐπικηρυχθέντι μηδὲν ποιεῖσθαι σφᾶς ὑπηκόους. Sibi tamen non contradicit, quia nemo facit aliquid ἐθελούσιος qui quod facit factum nollet. Quare qui deditione vitam redemere, accenſendi ſunt τοῖς βιαζομένοις, quos non *omnes* dicit ſed eorum *multos* ſervituti mortem prætuliſſe. *Aldr.* b Ita diſtinguo cum *Epiphanio*, qui vertit, *oranies cum matre pueros* &c. πατὴρ μὴ τὸ μητρὸς, δεομένης &c. in *Editis.* c Τῶν πολεμίων *Bod.* d Οὐδὲν ἧττον *Bod.* e Sc. πρὸς αὐτὸν, nam Antigonum intelligit quocum acturus erat Machæras Ventidii & Silonis exemplo, niſi plus accepiſſet ab Herode quam Antigonus illi offerebat: ſed perfidiam averſatus eſt quando fidem quæſtui haberet. *Aldr.* f Ἐμμαοῦν *Ant.* p. 653. v. 45. Eſtque (ni fallor) per ſolitatior ſcriptura, per *a* verior: ſiquidem ipſo nomine præfert aquarum gloriam uti *Joſephus* aſſerit l. IV. *de Bello.* apud *Ruſinum* perperam *Amathunta* habemus. *Aldr.* * Nec enim ad quos miſſus fuerat, negligendum putabat, *Ruſ.*

Herodes cum Machæra in gratiam redit. Anit. p. 654.

lere: iracundia vero cohibita ad Antonium properabat, Machæræ iniquitatem accusaturus. At ille, cum sua secum reputasset delicta, & regem celeriter insequebatur, multisque precibus effecit ut secum in gratiam rediret. Non tamen Herodes ad Antonium velle ire destitit. Sed cum audisset eum magnis viribus oppugnare Samosata (urbs autem est juxta Euphratem valida) eo magis accelerabat, tempus idoneum esse animadvertens quo & fortitudinem *suam* demonstraret, & Antonio impensius placeret. Denique mox ut ad eum venit, finem attulit obsidioni, multis Barbaris interfectis amplaque præda *eis* ablata; ut Antonius quidem, quanquam ejus virtutem antea miraretur, tamen & tunc magis eum suspiceret, multumque & ad alios ejus honore & ad spem regni adderet, rex vero Antiochus Samosatorum deditionem facere coactus esset.

Herodes fortiter se gerit Samosatis. Anst. p. 654.

[a] ὀργῆς ἥλαυνε τοὺς Ἀντώνιον κατηγορήσων τ̃ Μαχαιρᾶ ἀδικημάτων. ὁ δὲ, ὡς ὑπολογισμῷ τ̃ ἡμαρτημένων γενόμενος, ταχέως μεταδιώκει τε τ̃ βασιλέα, καὶ πολλὰ δεηθεὶς ἑαυτῷ διαλάττει. ὁ μὲν Ἡρώδης ἐπαύσατο τ̃ πρὸς Ἀντώνιον ὁρμῆς. ἀκηκοὼς δὲ αὐτὸν μὴ πολλῆς δυνάμεως περιπολεμεῖν [b] Σαμοσατέοις, πόλις δ' ὄστι Εὐφράτῃ πλησίον χαρτερὰ, θᾶττον ἠπείγετο, τ̃ καιρὸν ἐπιτήδειον [c] ὁρῶν τοῖς τε ὑπιδείξειν ἀνδρείας, καὶ ἔτι μᾶλλον ἀρέσασθαι τ̃ Ἀντώνιον. [d] ἧκε γοῦν ἐπελθὼν τέλος αὐτοῖς τ̃ πολιορκίας, [e] πολλοὺς μὲν τ̃ Βαρβάρων ἀποκτείνας, πολλὰ δὲ ἀποτεμόμενος λείας· ὥς τε τ̃ μὲν Ἀντώνιον, [f] θαυμάζοντα καὶ πάλαι τὰ τ̃ ἀρετῆς [g] αὐτ̃, τότε μᾶλλον ἔτως ἔχειν, τ̃ δὲ πολὺ προθεῖναι ταῖς τε ἄλλαις [h] πεμπαῖς αὐτ̃ τ̃ ταῖς εἰς τ̃ βασιλείαν ἐλπίσιν, Ἀντίοχον δὲ τ̃ βασιλέα ἀναγκασθῆναι τὰ Σαμόσατα παραδοῦναι.

XIII. **CAP. XVII.** **ΚΕΦ. ιζ'.** ιγ'.

Josephi mors, & Herodis de eo somnium. Ejusdem mira & iterata conservatio. Pappo fratris occisori caput amputat, & Pheroræ mittit. Non multo post Hierosolyma obsidet, & Mariamnen in uxorem ducit.

Ἰωσήπῳ πλάνη, ἢν ὄνειροι Ἡρώδῃ παρεσημήναντο. ὡς Ἡρώδης δὶς θαυμασίως διασώζεται. Πάππον τὸν ἀδελφὸν Φονέα καρατομεῖ, τ̃ κεφαλὴν Φερώρᾳ πέμπει. μετ' ὀ πολὺ Ἱεροσόλυμα πολιορκεῖ, τ̃ Μαριάμνην γαμεῖ.

Josephus Herodis frater temere prælium committit cum Antigono, & occiditur. Anst. p. 655.

DUM hæc gererentur, res Herodis in Judæa fractæ sunt. Reliquerat quidem Josephum fratrem suum, qui omnia procuraret, cui mandaverat, ut ante *ejus* reditum nihil quicquam adversus Antigonum moveret. Machæram enim nequaquam firmum habiturum esse socium, *ut* ex iis quæ fecerat *licet conjicere*. Ille vero, ubi fratrem longissime abesse rescivit, mandatorum *ejus* immemor, cum quinque cohortibus, quas simul miserat Machæras, Hierichunta proficiscebatur. ibat enim, cum æstas esset adulta, segetes *eorum* direpturus. Adversariis autem in montibus & locis difficilibus eum adortis, & ipse, cum se in prælio strenuum fortemque admodum ostendisset, occumbit, Romanique ad unum omnes occiduntur. nam cohortes erant ex Syria non ita pridem collectæ, nec veteranos ullos secum permistos habebant, qui belli imperitis opitulari possent.

Josephus mortuus indigne tractatus. Anst. p. 655.

2. Antigonus autem victoria minime contentus fuit, sed eò iracundiæ proceſſit, ut & Josephum etiam mortuum indigne tractaret. Corporum enim *occisorum* potitus illius caput abscindit, *quamvis frater ejus Pheroras id quinquaginta talentis redimere voluit. Adeo autem novatæ erant *inclinataque* res Galilææ post Antigoni victoriam, ut primates qui ab Herode stabant ad lacum productos demergerent qui Antigono favebant. Multaque etiam in Idumæa mutabantur, ubi Machæras cujusdam castelli, cui nomen est Gittha, mœnia instaurabat. Ista autem nondum audierat Herodes.

Κᾶν τούτῳ θραύεται τὰ κατὰ τὴν Ἰουδαίαν Ἡρώδου πράγματα. καταλελοίπει [i] μὲν Ἰώσηπον ⟨τὸν⟩ ἀδελφὸν ὅτι τ̃ ὅλων, προαγείλας μηδὲν μέχρι τ̃ ἐπιστροφ̃ αὐτ̃ προκινεῖν πρὸς Ἀντίγονον. ὁ γὰρ δὴ βέβαιον εἶναι Μαχαιρᾶν σύμμαχον, ἐξ ὧν ἔδρασεν. ὁ δὲ, ὡς ἤκουσεν ὄντα πορρωτάτω ⟨τὸν⟩ ἀδελφὸν, ἀμελήσας τ̃ προαγγελμάτων ὅτι Ἱεριχοῦντ⟨α⟩ ἐχώρει μετὰ πέντε σπειρῶν, ἃς συνέπεμψε Μαχαιρᾶς. ἦσαν δὲ ⟨σῖτον⟩ ἁρπάσων ⟨τὸν⟩ ἀκμὴν τ̃ θέρους. ὑπιδεμένων δ' ⟨τῶν⟩ τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς δυσχωρίαις τ̃ σφετέρων, αὐτός τε θήσκει, μάλα γενναίως ⟨ἐν⟩ τ̃ μάχῃ φανείς, καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν πᾶν διαφθείρεται. νεοσύλλεκτοι γὰρ ὄντες τ̃ Συρίας ἦσαν αἱ σπεῖραι, καὶ οὐδὲν αὐταῖς ἀνεκέκραστο τ̃ πάλαι στρατιωτ̃ καλουμένων, ἐπαμύνειν τοῖς ἀπείροις πολέμου δυναμένων.

Β'. Ἀντιγόνῳ δὲ οὐκ ἀπέχρησεν ἡ νίκη, προῆλθε δὲ εἰς τοσοῦτον ὀργῆς, ὥς τε καὶ νεκρὸν αἰκίσασθαι τ̃ Ἰώσηπον. κατήσας γοῦν τ̃ στρατιωτ̃ ἀποτέμνει τ̃ κεφαλὴν αὐτ̃, καί τοι πεντήκοντα τάλαντα λύτρον αὐτ̃ Φερώρᾳ τ̃ ἀδελφ̃ διδόντος. τὰ δὲ τ̃ Γαλιλαίας μετ' τ̃ Ἀντιγόνου νίκην οὕτω μετεστείλατο πρὸς τοσοῦτον, ὥς τε τοὺς τὰ Ἡρώδου φρονοῦντας τ̃ δυνατ̃ προσάγοντας εἰς τ̃ λίμνην κατιδύσαι οἱ προσέχοντες Ἀντιγόνῳ. μετεβάλλετο δὲ πολλὰ καὶ τ̃ [k] Ἰδουμαίας, ἔνθα Μαχαιρᾶς ἀνετείχιζέ τι τ̃ ἐρυμ̃ τὸ [l] Γιτθᾶ καλεῖται. τοῦτον δὲ [m] ἠδέπω πέπυστο Ἡρώδης.

μὴ

a Ὀργῆς *Big. Bod. & Voss.* quod vel ideo minus probo, qui *Josephus* statim ὁ μὲν ἐπαύσατο τ̃ ὀργῆς inquit. *Aldr.* b Σαμόσιλα *Bod.* c Εὑρὼν *Bod.* d Pollicitus erat Antiochus pacis pretium talenta mille, seque Antonii imperata facturum; sed qui has conditiones primo repulit Antonius post tractam diu obsidionem multo deteriores accepit: ac ne has quidem (ut videtur) obtinere potuisset, nisi Samosatensibus metum aliquem attulissent Herodis auxilia. Confer *Plutarchum* in *Anton.* p. 931. B. *Dionem* XLIX. p. 405. B. C. *Aldr.* e Sc. in itinere, ut constat ex *Ant.* p. 654. v. 42. *Aldr.* f Θαυμαζόντα καὶ πάλαι τ̃ ἀρετῆς αὐτοῦ *Bod.* g Αὐτοῦ τε pro αὐτ̃ τοῦ habent *MSS.* h Illud πεμπαῖς additum ex *Big. Bod. Lipsi. Voss. & Ruf.* i Mox δὲ *Bod.* & forsan *Ruf.* k Ἰουδαίοις in *Ant.* p. 655. v. 17. nominibus istis etiam alibi sæpe permutatis. l Ita lego. Γιθθᾶ in *MSS. & Editis.* articulum vero ὁ habui è *Cod. Bod.* m Οὐδὲν ἠδέπω *Bod.* ἠδέπω τι *Voss.* in *Rufini* versione *nec horum quidquam.*

* Quamvis L. talenta Pheroras frater pretium redemptionis offerret, *Ruf.* Verum non est Pherora *offerente*, sed *dante*, ait *Abidius* in *Historia Idumæa*, p. 112. Pace autem *illius* recte satis *Rufinus*: cum notum sit omnibus *præsens* sæpe pro *futuro* poni, ut ostendit Cl. *Perizonius* ad *Ælianum*, p. 201.

a Dio

μὴ δὲ τ' Σαμοσάτων ἄλωσιν, [a] Ἀντώνιος μὲν καταστήσας ὅπι τ' Συρίας Σόσιον, καὶ προστάξας Ἡρώδῃ βοηθεῖν ἐπ' Ἀντίγονον, [b] αὐτὸς [c] εἰς Αἴγυπτον ἀνεχώρησε, Σόσιος δὲ δύο μὲν τάγματα προαπέστειλεν εἰς Ἰουδαίαν Ἡρώδῃ συμμαχῶν, αὐτὸς δὲ μετὰ τ λοιπῆς δυνάμεως [d] ἠκολούθει σχεδόν.

Captis enim Samosatis, Antonius quidem, cum Syriæ præfeciſſet Soſium, eique mandaſſet ut Herodem adjuvaret contra Antigonum, ipſe diſceſſit in Ægyptum; Soſius vero duas legiones Herodi auxiliares præmiſit in Judæam, ipſeque cum reliquis copiis è veſtigio ſubſequebatur. *Antonius in Ægyptum proficiſcitur. Antt. p. 654.*

γ'. Ὅτε δὲ Ἡρώδῃ τε τῷ ἐν Ἀντιόχειαν Δάφνῃ, ὄνειροι σαφεῖς τ περὶ ἀδελφοῦ θάνατον προσημήναντο, καὶ μετὰ παραχῆς [e] ὀλοφύρτο τ κοίτης εἰσήκει ἄγγελοι τ συμφορᾶς. ὁ δὲ ὀλίγον μὲν προσομώξας τῷ πάθει, τὸ πλεῖον δὲ τ πένθους ὑπερθέμενος, ὅπι τοὺς ἐχθροὺς ἐπείγετο. σπεύδοντι δὲ τ πορείαν ὑπὲρ δυνάμιν, καὶ ἀφικνουμένῳ ὅπι τ Λίβανον, ὀκτακοσίους μὲν τ τότε ὄρους προσλαμβάνει συμμάχους, Ρωμαίων δὲ ἓν τάγμα ζώνῃ συνάψας. μεθ' ὧν, ἀμα τῇ ἡμέρᾳ, εἰς τ Γαλιλαίαν ἐνέβαλε, τοὺς τε πολεμίους ὑπαντήσαντας εἰς ὃ καταλελοίπεσαν χωρίον τρέπει. καὶ προσέβαλλε μὲν συνεχῶς τ φρουρίῳ, πρὶν δὲ ἑλεῖν, χειμῶνι βιασθεὶς καλεπωτάτῳ, τοῖς πλησίον ἐστρατοπεδεύει κώμαις. ἐπεὶ δ' αὖθις μεθ' ὀλίγας μὲν ἡμέρας καὶ ὁ δεύτερος παρ' Ἀντωνίου τάγμα συνέμιξε, δείσαντες τ ἰσχὺν τῷ πολέμῳ, ἀφ' νυκτὸς ἐξέλιπον ὃ ἔρυμα.

Cum quibus, non exſpectata luce, irruptionem in Galilæam faciebat, hoſteſque *ei* obviam progreſſos in locum quem reliquerant avertit. Et continuo quidem caſtellum oppugnabat, prius vero quam id caperet, graviſſima tempeſtate adactus in proximis pagis caſtra metatur. Cum autem paucis poſt diebus & altera legio ab Antonio *miſſa* ſeſe ei adjunxiſſet, hoſtes viribus *ejus* perterriti munimentum nocte deſerebant. *Herodes in Galilæam irrumpit. Antt. p. 655.*

δ'. Καὶ ὁ λαπὸν ἦει ἀφ' Ἱερειχοῦντος ἀσεύδων [g] ἢ τάχιστα τοὺς τἀδελφοῦ φονεῖς μετελθεῖν. ἔνθα δή τι δαιμόνιον αὐτῷ συμβαίνει πρᾶγμα, ἐξ οὗ παρ' ἐλπίδα σωθεὶς ἀνδρὸς θεοφιλεστάτου δόξαν ἀπενέγκατο. πολλοὶ μὲν γὰρ αὐτῷ τ σὺν τέλει κατ' ἐκείνην συνειστιάθησαν τ ἑσπέραν· ἀφαλυθέντος δὲ τ συμποσίου, μὴ τ πάντας ἐξελθεῖν, ὡθεῖσος ὁ οἶκος συνέπεσεν. τοῦτο καὶ παιδιὰν καὶ σωτηρίας [h] κοινὸν ὅπι τῷ μέλλοντι πολέμῳ κρίνας εἶ σημεῖον, ἅμα τ ἕῳ διεκίνει τ φρατιάν· καὶ τ σαντίων εἰς ἑξακισχιλίους ἀπὸ τ ὀρῶν καταφερόντων ἀπεπειρῶντο τ προπαγμάχων, χερσὶ χεῖρα μὲν συμπλέκεσθαι τοῖς Ρωμαίοις ὑ σφόδρα θαρροῦντες, πόρρωθεν δὲ χερμάσι καὶ [i] παλτοῖς ἔβαλλον, ὥς τε συχνοὺς καταπηρῶσαι. ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς Ἡρώδης παρελαύνων παλτῷ [k] τ τὸν πλευρὰν ἀκοντίζεται.

Magno periculo mirum in modum liberatur. Antt. p. 655.

4. Poſtea per Hierichunta ire contendebat, ut quamprimum fratris interfectores ulciſci poſſet. ubi ſane ei mirabile quiddam & prodigioſum accidit: ex quo præter ſpem ereptus atque ſervatus paſſim credebatur eſſe vir Deo charus dilectuſque. Nam veſpera quidem illa multos è primatibus ad cœnam adhibuit: finitoque convivio, cum omnes exiiſſent, cœnaculum concidit. Hoc ipſum ſalutis pariter ac periculorum, in bello quod gerendum erat, indicium eſſe ratus, prima luce exercitum educit: atque hoſtium ſex circiter millia, qui de montibus decurrebant, prima agmina laceſſebant, ad manus quidem cum Romanis conferendas non ſatis audaces, ſed lapides ac tela in eos eminus jacientes, quibus aliquammulti vulnerati erant. qua velitatione & ipſi Herodi inter obequitandum latus jaculo transfigitur.

ε'. Βουλόμενος δὲ ὁ Ἀντίγονος μὴ μόνον τολμῇ τῇ σφετέρᾳ, ἀλλὰ καὶ πλήθει δοκεῖν ἰσχύειν, Πάππον τινὰ τῶν ἑταίρων μετὰ στρατιᾶς ὅπι Σαμάρειαν ἐκπέμπει. τούτοις μὲν οὖν ἐν Μαχαιρᾶς [l] ἀγώνισμα. Ἡρώδης δὲ τὴν τολμίαν καταδεήσων, πέντε μὲν πολίχνας κατασκάπτει, δισχιλίους δὲ τῶν σὺν αὐτοῖς ἀφανίζει· καὶ τὰς οἰκίας ἐμπρήσας, ὑπέστρεψεν ὅπι τὸ στρατόπεδον. πόλιν δὲ σχεδὸν τὴν καλουμένην [m] Κανᾶ κώμην.

5. Antigonus autem, ſe non ſolum ſuorum audacia, ſed & numero ſuperiorem videri volens, Pappum è ſociis unum cum manu militum in Samariam mittit. * & iſtis quidem id negotii erat ut cum Machæra contenderent. At Herodes, cum hoſtium regionem incurſionibus vexaſſet, urbeculas quinque ſubjugat, duoque hominum millia, *quos* ibi *comprehenderat*, interficit, domibuſque incenſis in caſtra *ſua* revertitur. Stativa autem habuit ad vicum Cana appellatum. *Antigonus Pappum ducem Samariam mittit. Antt. p. 655.* *Herodes oppida capit & magnam ſtragem edit. Antt. 655.*

ς'. Περιγίνεται δ' αὐτῷ καθ' ἡμέραν πολὺ πλῆθος Ἰουδαίων, ἔκτε αὐτῆς Ἱερειχοῦντος, καὶ τῆς ἄλλης

6. In dies autem ſingulos magna multitudo Judæorum, tam ex ipſa Hierichunte quam ex aliis *Exercitum auget. Antt. p. 655.*

a *Dio* in l. XLIX. p. 405. C. Γαΐῳ γὰρ Σόσιος τὴν ἀρχὴν τῆς τε Συρίας ἔσχε καὶ Κιλικίας παρ' αὐτοῦ λαβών &c. b Ita *MSS.* αὖθις perperam *Baſ.* & *Gen.* c Ita & *Antt.* p. 654. v. 48. εἰς Ἀθήνας *Plutarchus* in *Anton.* p. 931. C. εἰς Ἰταλίαν *Dio* XLIX. p. 405. E. A Cæſare certe accerſitus Athenis Brunduſium venit, nec exſpectato illo in Græciam reverſus eſt. *Appian.* V. p. 717, 718. *Dio* XLVIII. p. 385. C. Itaque cenſet *Armachanus* Athenas eum primo rediiſſe, unde in Italiam venerit à Cæſare evocatus; tum Athenas denuo reverſum in Ægyptum inde navigaſſe cum Cleopatra ſua hyematurum. *Aldr.* d Quando ſcilicet Aradios oppugnationem hactenus perpeſſos fameque & morbo confectos ſubegiſſet. *Dio* XLIX. p. 405. C. *Aldr.* e *Al.* ἐκδοχέντι. f Τοῖς φρουρίοις *Bod.* g Ὡς τάχιστα *Voſſ.* h Vocabulum κοινὸν deeſt *Bod.* i Ita & hîc loci reſcribere placuit, & mox παλτοῦ, prout in *Antt.* p. 653. v. 1. & p. 655. v. 44. παλτοῦ & παλτοῖς in *libris.* k Πίμπτον *Bod.* l Eadem voce utitur p. 992. v. 14. m Ἰσαίνων κώμαις in *Antt.* p. 656. v. 2. Et Herodes (obſervante Cl. *Aldrichio*) hoc tempore non in Galilæa ſed Samaria ſtativa habuit. * Quibus quidem Machæra erat præmium victoriæ, *Reſ.* idem dicere volens, quod in *Antt.* p. 655. v. 49. ἀλλ' ὁ μὲν Μαχαιρᾶς τῇ φρουρᾷ παρεκάθητο.

Herodes obviam it Pappo. Antt. p. 656.

aliis regionibus, ei accedebat, partim ex ſuo in Antigonum odio, partim vero ex rebus ab Herode præclare geſtis eò inducti. Cæterum multos impellebat rerum mutandarum cupiditas inſana. Atque ille quidem, ut *prælio* congrederetur, feſtinabat: Pappus vero ejuſque milites, neque *hoſtium* multitudine neque impetu perterriti, alacriter obviam prodierunt. Pugna autem commiſſa, aciei quidem * pars altera pauliſper reſiſtebat: at Herodes, ex fraternæ necis recordatione † intrepide ſe periculo objiciens, ac ſi necis auctores ulciſci vellet, ſibi oppoſitos illico ſuperat; ac deinde poſt illos continuo integros adortus, omnes *in fugam verſos* perſequitur. Et multa *facta* erat cædes, aliis in vicum unde exierant compulſis, illo etiam noviſſimis inſtante & innumeros occidente. Poſtremo autem una cum hoſtibus intro irrumpit, erantque domus quidem omnes armatis refertæ, & tecta ſuperiora propugnatorum plena. Et quoniam foris deprehenſos *facillime* ſuperabat, ædibus dilaceratis, abditos in eas extrahebat: atque tecta quidem in plurimos dejiciens magnam ſtragem edidit, quotquot vero ruinam ſubterfugerant milites gladiis excipiebant; & tanta mortuorum multitudo in cumulos congeſta erat, ut etiam ipſis victoribus viæ obſtruerentur. Hanc plagam ægre tulerunt hoſtes: adeo ut vulgus illorum confluens, ubi cæſorum numerum in vico conſpexerunt, in fugam ſe disjecerint. Statimque Herodes, ſumpto ex victoria animo, ad Hieroſolyma perrexiſſet, niſi hyems aſperrima *eum* prohibuiſſet. Hæc *enim* ei, quominus victoria perficeretur, obſtitit, & ne penitus opprimeretur Antigonus, qui de civitate jam deſerenda cogitabat.

Eum ſuperat, hoſteſque in domos compulſos conficit. Antt. p. 656.

Ut Herodes è magno diſcrimine evaſit. Antt. p. 656.

7. Herodes autem ad veſperam, cum jam defatigatos amicos corporis reficiendi gratia dimiſiſſet, & ipſe, ut erat ab armis calidus, inſtar militis gregarii lavatum ibat. adeoque unus tantum puer eum ſequebatur. Et priuſquam balneum intraret, ejus in conſpectu quidam ex hoſtibus ſtricto gladio ſe proripiebat, deinde alter, itidemque tertius, & deinceps plures. Et iſti quidem ex acie in balneum armati confugerant. †† Tum autem metu perculſi & latitantes, ubi regem viderunt, animo defecti præ ſtupore, ipſum quidem inermem trementes prætereunt, exitus vero curſu petebant. Porro cum ita ceciderit ut ex aliis nemo adeſſet qui homines comprehenderet, eoque contentus eſſet Herodes, quod nihil mali pateretur, fiebat ut omnes ſalvi effugerent.

Pappus occiditur, ejusque caput amputatur. Antt. p. 656.

8. Poſtero autem die Pappi quidem Antigoni ducis (in prælio autem ſublatus erat) caput amputat, idque Pheroræ fratri ſuo mittit, pœnam ab eo repetens ob fratris illorum cædem. nam & is erat qui Joſephum interfecerat. Cum autem hyems mitior eſſe cœpiſſet, Hieroſolyma ire properabat, muriſque admo-

χώρας, ἃ μὲ ἀφ' μῖσος τὸ πρὸς Ἀντίγονον, ἃ δ' ὅτι τοῖς αὐτῷ κατορθώμασι κεκινημένοι. τύς γε μὴν πολλὺς ἐῆγεν ὀπθυμία μεταβολῆς [a] ἄλογος. καὶ ὁ μὲν ἠπείγετο συμβαλεῖν, οἱ δὲ περὶ Πάππον, ὅτε πρὸς τὸ πλῆθος, ὅτε περὶ τὴν ὁρμὴν ὑποδείσαντες αὐτοῦ προθύμως ἀντεπεξῆλθον. γενομένης δὲ τῆς προσπαξεως, τὰ μὲν ἄλλα μέρη πρὸς ὀλίγον ἀντέχον· Ηρώδης δὲ κατὰ μῆνιν τῦ φονευθέντος ἀδελφῦ προσβαλλόμενος, ὡς ἂν πίσαιτο τὺς αὐτὺς ἓ φόνυ, ταχέως τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐκράτει, καὶ μετ' ἐκείνυς ὅτι τὸ συνεχὲς αἰεὶ περιόμενος ἅπαντας διώκει. φόνος τε ἦν πολὺς, τῶν μὲν εἰς τὴν [b] κώμην συνεξωθυμένων ἐξ ἧς ὥρμηντο, τῦ δὲ προσκειμένου τοῖς ὑστάτοις, καὶ κλείοντος ἀπείρυς. συνεισπίπτει δὲ τοῖς πολεμίοις εἴσω, καὶ πᾶσα μὲν ὁπλιτῶν οἰκία [c] γέμουσα, τὰ τέγη δὲ ἦν ὑπερθεν ἀμυνομένων κατάπλεα. καὶ πειδὴ προῆλθεν τῶν ἔξωθεν, τὰς οἰκήσεις ἀναρρήξας εἵλκε τὺς ἔνδοθεν· καὶ τοῖς μὲν πολλοῖς ὀπτασείαν τὺς ὀφθαλμύς, ἀθρόως ἀνήρει, τὺς ὑποφυγόντας δὲ τῶν ἐρειπίων οἱ στρατῶται ξιφήρεις ἀνεδέχοντο, καὶ τοσύτων ἐσωρεύθη νεκρῶν πλῆθος, ὥς τε τὰς ὁδὺς [d] ἀποφράγνυσθαι τοῖς κρατῦσι. Τοιύτῳ τ' πλημμελεῖ ὁδὲ ἤνεγκεν οἱ πολέμιοι· τὸ γοῦν ὀπισυλλεγόμενον αὐτῶν πλῆθος ὡς ἐθεάσατο τοὺς ἀνὰ τὴν κώμην διεφθαρμένυς, εἰς φυγὴν διεσκεδάσθη. καὶ εὐθέως τῇ νίκῃ τεθαρρηκὼς Ηρώδης ὅτι Ιεροσολύμων ἤλασεν, εἰ μὴ χειμὼν διεκωλύθη σφοδρότατος. τῦτο τὸ ἐμπόδιον ὁκείνα τε παντελῶς κατορθώματος καὶ ἧττης Ἀντιγόνῳ κτίσῃ, [e] βυλευομένῳ καταλιπεῖν ἤδη τὴν πόλιν.

ζ. Ηρώδης δὲ πρὸς ἑαυτὸν ἤδη τὺς φίλυς κεκμηκότας ὅτι θεραπείᾳ τῦ σώματος ἀφεὶς, καὶ αὐτὸς ὡς λοῦ ἐπ θερμὸς ὁκ τῶν ὅπλων λυσόμενος ἦει στρατιωτικώτερον. ἐς γῆν οὖν πᾶς εἵπετο. καὶ πειὶ εἰς τὸ βαλανεῖον εἰσελθεῖν, ὁπαντίον αὐτῷ τις ὁπτέχει τῶν πολεμίων ξιφήρης, ἔπειτα δεύτερος, καὶ τρίτος, καὶ ἑξῆς [f] πλείυς. [g] ὅτοι καταπεφθύγεσαν μὲν ὁκ ἐκ προσβαλλόμενοι εἰς τὸ βαλανεῖον ὡπλισμένοι. τίνες δὲ ὑποπεπηκότες, καὶ ἀφαλαθάνοντες, ὡς ἐθεάσαντο τὴν βασιλέα, [h] λυθέντες ὑπ' ὁκπλήξεως αὐτὸν μὲ παρέσχον γυμνὸν ὄντα τρέμοντες, ὅτι δὲ τὰς [i] ἐξόδυς ἐχώρυν. τῶν μὲν οὖν ἄλλων ὐδεὶς παρῆν κατὰ τύχην ὃ συλλαμβάνων τὺς ἄνδρας, Ηρώδης δὲ ἀπέχρησε τὸ μηδὲν παθεῖν, ὥς τε ἀφανεύγεσι πάντες.

η'. Τῇ δ' ὑστεραία, Πάππον μὲ τὸν Ἀντιγόνυ στρατηγὸν καταλομήσας, ἀνήρητο δὲ ὅτι τὸν παραλάξεως, πέμπει τὴν κεφαλὴν Φερώρᾳ τῷ ἀδελφῷ, ποινὴν τ' φονευθέντος [k] αὐτῷ ἀδελφῦ. ἦ γὰρ ὅτος ἦν, ὁ τὸν Ἰώσηπον ἀνελών. λωφήσαντος δὲ τῦ χειμῶνος, ἤλαυνεν ὅτι Ιεροσολύμων, ἦ μέχρι τῦ τείχυς

a Ἀλόγως *Ruf.* b Πόλιν *Voſſ.* c Ita ex *Suida*, qui (voce νίναντο) hunc locum *Joſephi* affert, & νίναντο interpretatur ἐπλήρωτο, convenienter ipſi *Joſepho* in *Antt.* p. 656. v. 5. ubi dicit πλησθέντων δὲ τῶν οἰκιῶν ὁπλιτῶν. Prius erat, ἓ πᾶσα μὲ ὁπλιτῶν οἰκία ὁπῆτο. quod in πᾶσαν μὲ ὁπλιτῶν οἰκίαν ὁπῆτο mutavit *Aldrichius*, auctoritate *Codd. Big. Bod.* & *Voſſ.* d Ἐμφραγνύναι *Voſſ.* e Ita *Baſ.* & *Ruf.* βυλομένῳ *Gen.* & aliquot *Codd. MSS.* f Quorum nulla mentio *Antt.* p. 656. v. 38. g Οὗτοι ℌ. *Bod.* h *Al.* ὀλυθεὶς ὑπ' ὁκπλ. p. 984. v. 7. i Διεξόδυς *Bod.* k Αὐτῷ *Bod.* * *Sc.* Herodi non oppoſita. † Periculoſius dimicans. *Ruf.* †† *Al.* & ad eam horam cum in balneis delituiſſent pavitantes, ubi regem viderunt, obſtupefacti eum tranſilierunt, & ad exitus ſe contulerunt nudum metuentes.

a Ἀναγα-

τείχυς [a] ἀγαγὼν τ̃ δυάμιν· συμήγαζε δὲ αὐτῷ τρίτον ἔτος ἐξ ὗ βασιλεὺς ὁ Ρώμη [b] ἀπεδέδεικτο· πρὸ γ ἱερῦ στρατοπεδεύεται. ζώτη γὰρ μῶ ἐπίμαχον, [c] καὶ καθ' ὃ μάλιστ' ἦλε Πομπήϊος τ̃ πόλιν. διελὼν δὲ εἰς ἔργα τ̃ στρατιᾶς, καὶ τεμὼν τὰ προάστεια, [d] τρία μὲ ἐγείρει χώματα, καὶ πύργυς ἐποικοδομῆν αὐτοῖς κελεύσας, καταλιπὼν τὺς [e] ἀνυπικωτάτυς τ̃ ἑταίρων ὅπι τ̃ ἔργων, αὐτὸς εἰς Σαμάρειαν ᾖει, τὴν Αλεξάνδρυ γ Αριστοβύλυ μετὼν θυγατέρα, καθωμολογημένην, ὡς ἔφαμεν, αὐτῷ καὶ πάρεργον ποιεῖται τ̃ πολιορκίας τ̃ γάμον. ἤδη γὰρ ὑπερφάνει τὺς πολεμίυς.

θ'. Γήμας δὲ ὑπέστρεψεν ὅπι Ιερσολύμων μ̃ μείζονος δυνάμεως· συνῆπτε δὲ αὐτῷ καὶ Σόσιος, μ̃ πλείστης στρατιᾶς, ἱππέων τε καὶ πεζῶν, ἣν προεκπέμψας διὰ τ̃ μεσογείυ, τ̃ πορείαν αὐτὸς διὰ Φοινίκης ἐποιήσατο. συναθροισθείσης δὲ τ̃ ὅλης δυνάμεως, εἰς ἕνδεκα μὲ πλὴ πεζῶν, ἱππεῖς δὲ ἑξακισχιλίυς δίχα τ̃ ἀπὸ Συρίας συμμάχων, οἱ μέρος οὐκ ὀλίγον ἦσαν, [f] καταστρατοπεδεύουσι γ βορείῳ τείχυς πλησίον, αὐτὸς μὲ πιπαιθὼς τοῖς τ̃ συγκλήτυ δόγμασι, δι' ὧν βασιλεὺς ἀπεδέδεικτο, Σόσιος δὲ Αντωνίῳ ᾧ πέμψαντι τ̃ ὑπ' αὐτῷ στρατιὰν Ηρώδῃ σύμμαχον.

to milite (annus autem tertius vertebatur ex quo Romæ rex declaratus fuerat) ante fanum caſtra collocat. nam hac parte facilior erat expugnatio, quáque antea urbem ceperat Pompejus. Exercitu autem diviſo ſuiſque operibus ei aſſignatis, & exciſis in ſuburbiis arboribus, tres quidem aggeres erigit: cumque turres ſuper eos ædificari juſſiſſet, relictis qui operibus inſtarent commilitonum impigerrimis, ipſe Samariam adibat, ſibi in uxorem ut acciperet Alexandri filii Ariſtobuli filiam, ei *jam ante* uti diximus deſponſatam; & præter ſuſceptum obſidionis opus nuptias agitat. quippe jam hoſtes deſpiciebat.

Hieroſolyma adit Herodes. Antt. p. 656.

Mariamnen uxorem ducit. Antt. p. 656.

9. Ubi autem eam duxit, Hieroſolyma reverſus eſt, militibus auctus; eique ſe conjungebat Soſius cum magna equitum peditumque manu; quibus per mediterranea præmiſſis, ipſe per Phœniciam iter fecit. Univerſis autem copiis congregatis, ad peditum legiones undecim, equitumque ſex millia, præter alia è Syria auxilia, quæ pars erant *exercitus* non exigua, prope murum ſeptentrionalem caſtra metantur: ipſe quidem *Herodes* ſenatuſconſulto fretus quo rex fuerat declaratus; Soſius vero Antonii mandato, qui ipſum cum militibus quibus præerat Herodi in auxilium miſerat.

Hieroſolyma oppugnat. Antt. p. 656.

ΚΕΦ. ιή'.

Ως Ηρώδης μ̃ Σοσίυ Ιεροσόλυμα κατὰ κράτ@ αἱρεῖ, οἷά τε ἔπαθεν Αντίγονος. περὶ τ̃ Κλεοπάτρας πλεονεξίας.

CAP. XVIII.

Quomodo Herodes una cum Soſio Hieroſolyma vi expugnat, quæque paſſus eſt Antigonus. De Cleopatræ avaritia.

Τ̃Ν δὲ ἀνὰ τ̃ πόλιν Ιουδαίων ὁ πολὺς ποικίλως ἐταράχθη. καὶ γὰρ περὶ τ̃ ναὸν ἀθροιζόμενοι ὁ ἀθυμέστεροι [g] εὐδαίμονα καὶ πολλῷ θεωδίστερον τ̃ τελευτήσοντα πρὸς τὺς καιρὺς ἐλογοποίουν· καὶ τ̃ τολμηροτέρων ἓξ ἢ ἑπτὰ ἦσαν λῃστείαν συλλύτροποι, καὶ μάλιστα περὶ τὴν πόλιν ἁρπαζόντων, ἐπειδὴ μήτε ἵπποις μήτε ἀνθράσιν ὑπελέλειπτο τροφή. ὅ γε μὴν μαχίμυ ὁ εὐτακτότερον ἐτάττετο πρὸς ἅμυναν τ̃ πολιορκίας, τύς τε χωμάζοντας ἔργον ἀπὸ τ̃ τείχυς, καὶ τοῖς ὀργάνοις ἀντιμηχανώμενον ἀεί τι κώλυμα χαρίστερον. ἐν θάδει δὲ ὄντων ὡς ἐν ταῖς μεγαλείαις ἔδειξαν τ̃ πολεμίων.

Judæi ſtrenue urbem defendunt, & loca extra urbem depopulantur. Antt. p. 657.

Β'. Τῷ δὲ βασιλεῖ πρὸς μὲν τὰς λῃστείας ἀντεπενοήθησαν λόχοι, δι' ὧν ἀνέστελλε τὰς [h] ἁρπαγάς· πρὸς δὲ τὴν τ̃ ἐπιτηδείων ἀπορίαν ἐπιμέλειαν ἐποιήσατο. τῶν δὲ μαχομένων πρὸς τῇ τ̃ Ρωμαίων ἐμπειρίᾳ, καί τι τόλμης θάδεμίαν καταλιπόντων ἀφρόλμῳ. φανερῶς μὲν οὖν οὐ συνερρήγνυντο τοῖς Ρωμαίοις ὅπι πρόδηλον τ̃ θανάτῳ, [i] ἀφ' ὑψηλῦ δὲ τ̃ ὑπονόμων ἐν μέσοις αὐτοῖς ἐξαπίνης ἐφαίνοντο, καὶ πρὶν καταπεσεῖν τι τ̃ τείχυς, ἕτερον ἀντιτειχίσαι.

Latrocinia reprimit Herodes, & muris machinas admovet. Antt. p. 657.

2. Cæterum rex ad latrocinia quidem tollenda occultas adhibuit inſidias, quibus excurſus reprimebat; ad neceſſariorum vero inopiam *levandam* res è longinquo comportandas curavit. Pugnantes autem ſuperabat Romanorum peritiâ, quamvis nihil ſumma audacia non tentatum reliquerint. Et quidem aperte cum Romanis, quippe certo perituri, non confligebant; verum ex improviſo per cuniculos in medio illorum ſeſe oſtendebant: & priuſquam muri aliqua pars everteretur, alteram * ejus vice in munimentum erigebant. In ſumma, neque manibus operando neque machinas

a Αναγαγὼν Bod. b Απεδείκνυτο Bod. c Καθ' ὃ τὴ Voſſ. & Big. καθ' ὃ τὴ Bod. d Ad hunc modum legiſſe & diſtinxiſſe videtur *Ruſinus*, τρία μὲ ἐγείρει χώματα, τὴ πύργυς ἐποικοδομεῖν αὐτοῖς κελεύσας. καταλιπὼν ὃ τὺς &c. e Ανυπικώτατυς Big. f Κατασρατοπέδευσαν Bod. g Ita in *Græcis* omnibus, ſenſu plane languido, & nequaquam conſentaneo iis quæ habentur in *Antt.* p. 657. v. 20. πολλά τε ἐπιφημίζον πρὸς τὸ ἱερὸν ὁ πολὺ ἐπ' εὐφημίᾳ ὃ ὄχλυ, ὡς ἐνσεμίνυ τ̃ καιρῶν αὐτὺς ὃ Θεῦ. In *Ruſini* verſione, *nam circa templum infirmior multitudo conveniens furore agebatur, multaque veluti divinitus de temporibus diſſitabat.* quaſi (ut obſervavit *Aldrichius*) legiſſet εὐθυμήσα, τὴ πολὰ θεωδίστερον πρὸς τὺς καιρὺς ἐλογοποίουν. verbis iſtis τ̃ πολυτίμητον omiſſis, quæ forſan aliquis in τὸ πλούσιον mutanda cenſeret. Cl. *Terrius* hoc modo legendum eſſe conjicit, εὐδαίμονα ὁ πολὺ θεοφιλέστερον τ̃ πολυτίμητον πρὸς τὺς καιρὺς ἐλογοποίουν, *felicem & Deo longe chariorem, qui diem opportunum obierat, prædicabant.* h Διαδρομὰς in omnibus *MSS.* i *Antt.* p. 657. v. 40. ὑπὸ γῆν τι ἀπορρῶγες μεταλλεύσαι διμάχοντο. * Ita in *Ruſini Codd. MSS.* verti tamen poteſt, *ex adverſo*, vel *è contrario.*

Muros ascendunt Herodiani & Romani. p. 657.

chinas excogitando defessi erant, ut qui usque ad ultimum resistere decreverint. Denique, tanto exercitu *eos* circumsedente, per quinque menses obsidium toleraverunt, donec quidam ex Herodianis lecti homines, muros conscendere ausi, in urbem irrumperent, & deinde Sosii centuriones. Primo autem ea quæ fano proxima capta erant, infusoque *in urbem* exercitu plurima ubique facta est cædes; Romanis quidem ob obsidionis moram iratis, Herodianis vero Judæis nullum adversarium relinquere studentibus. Ita quamplurimi in angiportibus, & in domos constipati, & in templo, in quod refugerant, jugulabantur. nec parvulorum nec senum misertum est; nec mulieribus, utpote viribus imbecillis, parcebant: ac quamvis rex undique mitteret, & ut parceretur oraret, nemo *tamen* dextram continuit, sed tanquam rabiosi in omnem ætatem sævierunt. adeoque Antigonus, neque prioris neque præsentis fortunæ memor, ex arce descendit, Sosioque ad pedes accidit. Atque ille nihil miseratus mutatam ejus fortunam, intemperanter eum derisit, & Antigonam appellavit: non tamen ut feminam è custodia liberum emisit, sed in vinculis quidem ipsum adservabat.

Magna Judæorum strages. Ant. p. 658.

Antigonus Sosio se dedit. Ant. p. 658.

Herodes laborabat ne in templum ingrederentur milites. Ant. p. 658.

3. Herodi autem curæ erat, postquam hostes superaverat, alienigenarum auxiliarium vim coërcere & moderari. Cum impetu enim ferebatur peregrinorum militum vulgus, ad templum sacrasque templi res aspiciendas. Verum rex, partim precibus partim minis, nonnullos etiam armis repressit, victoriam clade graviorem existimans, si quid eorum cerneretur quæ ne ab illis quidem aspici fas est. Mox autem & urbem diripi prohibuit, cum Sosium etiam atq; etiam interrogasset, utrum Romani, urbe pecunia virisq; exinanita, regem se solitudinis essent relicturi: quippe se vel totius orbis imperium tam multorum civium cæde non emendum esse putare. Cumq; ille pro obsidionis labore prædam se militibus merito concedere dixisset, respondit Herodes, se sua pecunia mercedem singulis numeraturum. atque ita patria reliqua redempta, promissum præstitit. nam & singulos milites magnifice, & duces pro rata parte & Sosium plane regie muneratus est, ut nemo divitiarum egens discederet. Post hæc Sosius, corona aurea Deo consecrata, Hierosolyma reliquit, Antigonum vinctum ducens ad Antonium. Et illum quidem, ex vana spe ad extremum usque, nimium vitæ cupidum, securis, quam meruit animi abjectio, excipit.

Urbis direptioni obstitit. Ant. p. 658.

Antigonus vinctus ad Antonium ducitur. Ant. p. 659.

Herodes, urbe capta, suos honoribus auget, adversarios è medio tollit. Ant. p. 661.

4. Rex autem Herodes, cum civium multitudinem discrevisset, suarum quidem partium studiosos sibi magis *adhuc* benevolos reddidit, honoribus eos augendo, verum Antigonianos è medio sustulit: cumque jam pecuniæ inopia laboraret, ex omnibus, quæ habebat, ornamentis nummos confecit, eosque Antonio & ejus familiaribus misit. non tamen semel duntaxat ab eo impetravit ne quid paterentur: jam enim

νοίας ἔχοντες, εἰς ἕκαστον ἀντοχεῖν διεγνωκότες. ἀμέλει τηλικαύτης δυνάμεως προσκαθιζομένης, [a] πέντε μησὶ διήνεγκαν τὴν πολιορκίαν, ἕως τῶν Ἡρώδου [b] τινὲς ὀπίσθιον ὁδὸν τείχους θαῤῥήσαντες, εἰσπίπτουσιν εἰς τὴν πόλιν, ἐφ' οἷς ἐκατόνταρχοι Σοσίου. πρῶτα δὲ τὰ πρὸς τῷ ἱερῷ ἡλίσκετο, καὶ τῆς δυνάμεως ἐπιχυθείσης παντα χῇ φόνος ἦν μυρίος, τῶν μὲν Ρωμαίων ὀργὴ τὴν τελευτὴν τῆς πολιορκίας διαφυγισμένων, τῶν δὲ πρὸς Ἡρώδην Ἰουδαίων μηδένα ὑπολιπόντων ἀσυδόντως ἀντίπαλον. ἐσφάττοντο δὲ πανπληθεῖς, ἔν τε τοῖς στενωποῖς, καὶ κατ' οἰκίας συνωθούμενοι, καὶ ἐν ναῷ προσφεύγοντες. οὐδὲ [c] ὄντε νηπίων ὄντε γερόντων ἔλεος, ὄντε ἀσθενείας γυναιξίν. ἀλλὰ καί τοι γε προπέμποντος τὸν βασιλέως καὶ φείδεσθαι παρακελεύοντος, οὐδεὶς ἐκράτησε τῆς δεξιᾶς, ἀλλ' ὥσπερ μεμηνότες πᾶσαν ἡλικίαν ἐπεξήεσαν. ἔνθα καὶ Ἀντίγονος, μήτε τὴν πάλαι μήτε τὴν τότε τύχης ἔννοιαν λαβών, κάτεισι μὲν ἀπὸ τῆς βάρεως, προσπίπτει δὲ τοῖς Σοσίου ποσὶ καὶ κλαίει, μηδὲν αὐτὸν οἰκτείρας πρὸς τὴν μεταβολήν, [d] ἐπεγέλασέ τε ἀκρατῶς, καὶ Ἀντιγόνην ἐκάλεσεν. ὁ μὲν ὡς [e] γυναῖκά τε καὶ φρενῶν ἐλαττονα ἀφῆκεν, ἀλλ' ὁ μὲν δεθεὶς ἐφυλάττετο.

γ'. Πρόνοια δὲ ἦν Ἡρώδῃ κρατῆσαι τὸν πολεμίων τότε, κρατῆσαι καὶ τῶν ἀλλοφύλων συμμάχων. ὥρμητο γὰρ ὁ ξενικὸν πλῆθος, ὅπως θέαι τε τὰ ἱερὰ καὶ τὸν κατ' ἐκεῖνο ναὸν ἁγίασμα. ὁ δὲ βασιλεύς, τοὺς μὲν ἀπειλῶν, τοῖς δὲ ἀπειλούμενος, ἔστι δὲ ὅς καὶ τοῖς ὅπλοις ἀνέσειλεν, ἥττημα χαλεπώτερον τῆς νίκης ὑπολαμβάνων, εἴ τι τῶν ἀδήλων περὶ αὐτῷ ὀφθείη. διεκώλυσε δὲ ἤδη καὶ τὰς κατ' ἐκεῖνο πόλιν ἁρπαγάς, πολλὰ [f] διαπειράμενος τοῦ Σόσιον, εἰ χρήματα τε καὶ ἀνδρῶν τὴν πόλιν Ρωμαῖοι κενώσαντες, καταλείψουσιν αὐτὸν ἐρημίας βασιλέα· καὶ ὡς ὅτι τοσούτων πολιτῶν φόνῳ, βραχὺ καὶ τὸ οἰκουμένης ἡγεμονίαν ἀντάλλαγμα [g] κρίνει. ὃ δὲ, ἀντὶ τῆς πολιορκίας τὰς ἁρπαγὰς δικαίας τοῖς στρατιώταις ἐπιτρέπειν φαμένου, αὐτὸς ἔφη διανέμειν ὑπὲρ τῶν ἰδίων χρημάτων τοὺς μισθοὺς ἑκάστοις. ὕστατα τὴν λοιπὴν ἐξωνησάμενος [h] πατρίδα, τὰς ὑποσχέσεις ἐπλήρωσε. λαμπρῶς μὲν οὖν ἕκαστον στρατιώτην, ἀναλόγως δὲ τοὺς ἡγεμόνας, βασιλικώτατα δὲ αὐτὸν ἐδωρήσατο Σόσιον, ὡς μηδένα χρημάτων ἀπελθεῖν δεόμενον. Σόσιος δὲ, χρυσῶν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ στέφανον, ἀνέζευξεν ἀπὸ Ἱεροσολύμων, ἄγων δεσμώτην Ἀντίγονον Ἀντωνίῳ. τῶν οὖν, φιλοψυχήσαντα μέχρις ἑκάστου ἀφ' ψυχῆς ἐλπίδος, ἄξιος τῆς ἀγεννείας [i] πελεκὺς ἀπέκοψε.

δ'. Βασιλεὺς δὲ Ἡρώδης, ἀφανείας τὸ κατὰ τὴν πόλιν πλῆθος, τοὺς μὲν, τὰ αὐτοῦ φρονήσαντας, εὐνουστέρους τῆς τιμῆς καθίστατο, τοὺς δὲ [k] Ἀντιγονείους ἀνῄρει· καὶ κατὰ σπάνιν ἤδη χρημάτων ὅσον ἔχε κόσμου κατανομισάμενος, Ἀντωνίῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἀνέπεμψεν. ὁ μὲν εἰσάπαξ ἐξωνήσατο τὸ μηδὲν παθεῖν· ἤδη γὰρ Ἀντώνιος περὶ Κλεοπάτρας

a Δύο μησὶ rescribendum esse contendit *Petitus* in *Animadv. ἐπιδύνοις, Tom.* I. p. 47. b Nempe λοχαγοὶ τ'. *Ant.* p. 657. v. 46. c Ita in *MSS. Ruf.* & *Ant.* p. 658. v. 16. ὄντε νηπίων desunt *Bas.* & *Gen.* d Ἐπιτρέπων in *Ant.* p. 658. v. 23. e Γυναικὸς μ in *Ant.* p. 658. v. 24. f Διαπειράμενος *Bod.* & *Ant.* p. 658. v. 32. g Κρίνει in *Ant.* p. 658. v. 36. h Πόλιν in *Ant.* p. 658. v. 40. i Meminit *Plutarchus* in *Antonio*, p. 932. C. *Dio* XLIX. p. 405. E. *Strabonis* quoque *Cappadocis* testimonium adducit *Josephus* in *Ant.* p. 661. *Aldr.* k Ita *Bod.* Ἀντιγονίους in *cæteris.*

a Confer

πάτρας ἔρωτι διεφθαρμένῳ, ἤδιον δὴ σὺν πᾶσι τὸ ὀπίθυμίας. [a] Κλεοπάτρα δὲ διεξελθοῦσα τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῆς, ὡς μηδενὶ τῶν ἀφ' αἵματος ὑπολείποιτο, ὃ λοιπὸν περὶ τοὺς ἔξωθεν ἐφόνα· καὶ τοὺς ἐν τέλει Σύρων [b] ἀφαιρεῖσθαι πρὸς τὸν Ἀντώνιον, ἀναιρεῖν ἔπειθεν, ὡς ἂν τὴν κτῆσιν ἐκείνων ῥᾳδίως γενομένην ἀσφαλῆ. ἐπὶ δὲ ἐκτείνασα τὴν πλεονεξίαν ὅτι Ἰουδαίους καὶ Ἄραβας, ὑπεργάζετο τοὺς ἑκατέρων βασιλεῖς Ἡρώδην καὶ [c] Μάλιχον ἀναιρεθῆναι.

Antonius perdite amans Cleopatram * in omnibus cupiditatis impotens erat. Cleopatra autem cum in ſuam familiam ſæviiſſet, ut nemo ſupereſſet ei ſanguine conjunctus, poſtea in exteros cæde graſſabatur; Syriæque primates apud Antonium criminando, *ei* perſuadebat *illos* interficere, ut *eo* facilius cujuſque poſſeſſionum fieret domina. Prætereaque cum Judææ & Arabiæ cupiditatis oculos adjeciſſet, occulte moliebatur ut utriuſque reges Herodes & Malichus tollerentur.

Cleopatra Herodi & Arabiæ regi necem machinatur. Antt. p. 670.

ε'. [d] Μέχει γὰρ τῶν πραγμάτων ὀπιθύσας Ἀντώνιος, ὃ κτεῖναι μὲν ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ βασιλεῖς τηλικούτους ἀνάσιον ἡγεῖτο, τὸ δὲ τόπων ἔγγιον φίλος ἐκ διεχρήσατο. πολλὰ δὲ τῆς χώρας αὐτῷ ἀποτεμόμενος, καὶ δὴ καὶ τὸ ἐν Ἱεριχοῦντι φοινικῶνα, ἐν ᾧ γεννᾶται ὁ βάλσαμος, δίδωσιν αὐτῇ· πόλεις τε, [e] πλὴν Τύρου καὶ Σιδῶνος, τὰς ἐντὸς Ἐλευθέρου ποταμοῦ πάσας. ὧν γενομένη κυρία, καὶ πρεσβεύσασα μέχρις Εὐφράτου πρὸς Ἀντώνιον [f] ἐπιστρατεύοντα Πάρθοις, ἦκεν εἰς Ἰουδαίαν δι' Ἀπαμείας καὶ Δαμασκοῦ. κἀνταῦθα μεγάλαις μὲν αὐτῆς τὴν δυσμένειαν δωρεαῖς Ἡρώδης ἐκμειλίσσεται. μαθὼν δὲ καὶ τὰ τῆς βασιλείας ἀποῤῥαγέντα χωρία διακοσίων ταλάντων εἰς ἔκαστον ἐνιαυτόν. προπέμπει δὲ αὐτὴν μέχρι Πηλουσίου, πάσῃ θεραπείᾳ κατακρώμενος. καὶ μετ' οὐ πολὺ παρὼν ἐκ Πάρθων Ἀντώνιος, ἄγων αἰχμάλωτον [g] Ἀρταβάζην τὸν Τιγράνου παῖδα, δῶρον Κλεοπάτρᾳ. [h] μετὰ δὲ τῶν χρημάτων καὶ τῆς λείας ἁπάσης ὁ Πάρθος αὐτῆς [i] ἐκείθη.

5. Denique cum in omnibus ei, niſi quod mandata *de illis* non dediſſet, obſequutus eſſet Antonius, viros quidem bonos tantoſque reges occidere nefas ducebat, propemodum vero ab amicitia cum illis inita depulſus eſt. quippe cum multum terræ ex illorum regione abſcidiſſet, & illud & quod erat in Hierichunte palmetum, in quo balſamum gignitur, Cleopatræ tribuit, urbeſque, præter Tyrum & Sidonem, univerſas intra flumen Eleutherum *ſitas*. Quorum cum facta eſſet domina, & Antonium expeditionem in Parthos facientem uſque ad Euphratem deduxiſſet, per Apamiam & Damaſcum in Judæam venit. Atque hîc Herodes magnis muneribus infenſum ejus animum mitigavit. Quin & loca è regno ſuo abrupta ducentis talentis annuis ſibi locanda eſſe impetravit: ipſamque, cum omnibus obſequiis eam demulſiſſet, Peluſium uſque deducebat. Ac non multo poſt ex Parthis aderat Antonius, captivum ducens Artabazen Tigranis filium, donum Cleopatræ *dandum*. nam cum pecuniis omnique præda Parthus illi ſtatim donatus eſt.

Multa Cleopatræ largitur Antonius. Antt. p. 670.

Cleopatræ in Judæam adventus. Antt. p. 670.

Artabazes ab Antonio Cleopatræ donatus. Antt. p. 671.

ιδ'. ΚΕΦ. ιθ'.

Ὡς Ἀντώνιος, ὑπὸ Κλεοπάτρας πεισθείς, Ἡρώδῃ πέμπει τοῖς Ἄραψι πολεμεῖν· καὶ ὡς συμβαλὼν πολλάκις τελευταῖον νικᾷ. εἶτα σεισμῷ μεγάλῳ.

CAP. XIX. XIV.

Quomodo Antonius, Cleopatræ verbis adductus, mittit Herodem ad bellum contra Arabas: utque multis prœliis factis tandem victoriam reportat. Deque magno terræ motu.

Τοῦ δὲ [k] Ἀκτιακοῦ πολέμου συνεῤῥωγότος, παρεσκεύαστο μὲν Ἡρώδης Ἀντωνίῳ συνεξορμᾶν, ὡς ἤδη τῶν τε ἄλλων τὴν χώραν Ἰουδαίαν ἀπηλλαγμένος θορύβων, καὶ κεκρατηκὼς [l] Ὑρκανίας, ὃ δὴ χωρίον ἡ Ἀντιγόνου κατεῖχεν ἀδελφή. διεκλέαθη γε μὴν παντάπασιν ὑπὸ τῆς Κλεοπάτρας συμμεταχεῖν τὸν κινδύνων Ἀντωνίῳ. τοῖς γὰρ βασιλεῦσιν, ὡς ἔφαμεν, ἐπιβουλεύουσα, πείθει τὸν Ἀντώνιον Ἡρώδῃ [m] ἐμπιστεῦσαι τὸν πρὸς Ἄραβας πόλεμον, ἵν' ἢ κρατήσαντος, Ἀραβίας, ἢ κρατηθέντος, Ἰουδαίας γένηται [n] δεσπότης, καὶ [o] θατέρῳ τὸν δυναστῶν [p] καταλύσας τὸν ἕτερον.

Cleopatra perſuadet Antonio ut Herodem adverſus Arabas mittat. Antt. p. 672.

Concitato autem bello Actiaco, paratus quidem erat Herodes cum Antonio proficiſci, ut qui jam & aliis per Judæam turbis liberatus eſſet, & Hyrcania potitus, quod ſane caſtellum Antigoni ſoror tenebat. Verum callide admodum eum prohibuit Cleopatra, quo minus in partem periculorum cum Antonio veniret. Nam regibus, ut diximus, inſidias tendens, Antonio perſuadet Herodi committere bellum contra Arabas, ut, ſi victus eſſet, Judææ domina fieret, alterumque dynaſtarum alterius viribus conficeret.

β'. Ἐῤῥέψε μέν τοι καθ' Ἡρώδην ὁ βάλευμα. πρῶτον μὲν γὰρ [q] ῥᾴδιον πολεμίων ἄγων, καὶ πολὺν συλλεξάμενος ἱππικὸν, ἐπαφίησιν αὐτοὺς τοῖς Διοσπολίταις, ἐκράτησέ τε καὶ τοῦ

2. Sed hoc *ejus* conſilium Herodi feliciter ceſſit. Nam, primo quidem obſides hoſtium ducens, multos equites, quos collegerat, circa Dioſpolin in eos immittit, & quamvis fortiter reſiſten-

Herodes copias adverſus Arabas ducit. Antt. p. 672.

a Conſer *Antt.* XV. 4. *Belli* lib. VII. *Plutarchum* in *Anton.* p. 932. B. *Dionem* XLIX. p. 411. B. *Aldr.* b Ita in *MSS.* Ἀφαιρεῖσθαι *Baſ.* & *Gen.* c *Al.* Μάλχον. d Μέχρι γὰρ τῶν πραγμάτων ὑπονοίας [ὑποψίας *Bod.*] Ἀντώνιος *Voſſ.* & *Big.* quo fere modo *Ruf.* qui vertit, *Denique cum vel in parte præceptorum reſipuiſſet Antonius. . . . . quod autem his morte propius erat, inter amicos ultra non habuit.* Conſer *Antt.* p. 670. v. 13. e Quippe ὃν πρεσβεύειν αὐδὶς ἐλθόντας *Antt.* p. 670. v. 18. ὅσα ὑπὸ τῶν βασιλέων οἱ ἀμείψασα αὐτόνομοι μόνοι, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων μικροῦ ἀπαλλάττοντες, βιαιοσύνην τινὰ ἀπόνοιαν γνώμης. *Strabo* l. XVI. p. 757. B. Hæc itaque libertate gaudebant hactenus, ſed ab Auguſto poſt aliquot annos adimenda. Vide *Dionem* LIV. p. 525. *Aldr.* f Εἰς Ἀρμενίαν στρατεύσαντα in *Antt.* p. 670. v. 21. g Ἀρταβάσδην *Voſſ.* Ἀρτασίαδην apud *Dionem*, *Strabonem* & *Plutarchum*, ſono fere eodem, etſi non iiſdem elementis. *Aldr.* h Vide *Plutarchum* in *Anton.* p. 939. E. *Dionem* XLIX. p. 415. D. E. *Aldr.* i Ita in *MSS.* ἐχωρίσθη *Baſ.* & *Gen.* prætereaque αὐτῇ addidimus ex *Bod.* & *Ruf.* k Ἀκτιακῆ *Big. Bod.* & *Voſſ.* Ἀκτιακοῦ *Gen.* l Ὑρκανίαν legiſſe videtur *Ruf.* m Ἐμπιστεῦσαι *Bod.* n Διαστὰς in *MSS.* o Ita *MSS.* Θατέρων *Baſ.* & *Gen.* p Καταλύσαι *Bod.* q Ita ex *Suida* codicibus, voce ῥᾴδιον, lego: quibus etiam conſentire videtur *Ruſinus*, dum vertit, *nam primum pignoribus hoſtium captis &c.* πρῶτον μὲν γὰρ ῥᾴδιον καὶ πολ. *Baſ.* & *Gen.* πρῶτον μὲν γὰρ Σύρους [μισοὺς *Big.* θυσίαν *Voſſ.*] κατὰ πολ. *Bod.* & *Aldr.* * In omni re cupidini ceſſerat, *Ruf.*

a Con-

Herodes prælio superat Arabas. Ant. p. 672.

reſiſtentes, ſuperavit. Poſt hanc autem cladem, motus ingens *repente* inter Arabas exſtitit; qui multitudine infiniti, ad Canatham *urbem* Cœles-Syriæ congregati, exſpectabant Judæos. Ubi cum exercitu ſuperveniens Herodes, id agebat ut majori *cura &* providentia bellum adminiſtraret, caſtraque muro cingi præcipiebat. Non tamen ei paruit multitudo, ſed, ex victoria priori ſumpta audacia, in Arabas impetum fecerunt, & prima aggreſſione in fugam verſos perſequebantur. Herodi vero dum in eos invehitur ſtruuntur inſidiæ, indigenis è Canathis *in eum* immiſſis ab Athenione, qui ex Cleopatræ ducibus ſemper ei fuerat inimicus. Nam ad horum incurſum Arabes animis reſumptis converſi ſunt, junctiſque agminibus ad loca petroſa & tranſitu difficilia Herodianos in fugam conjiciunt, & magnam eorum ſtragem ediderunt. Qui vero ex prælio evaſerunt *in vicum* Ormiza ſe recipiunt: ubi Arabes, cum caſtra eorum *militibus* circundediſſent, ea *cum ipſis hominibus ceperunt.

Poſtea res male cecidernnt Judæis ex Athenionis perfidia. Ant. p. 672.

Herodes, hac clada audita, incurſibus Arabas infeſtat. Ant. p. 672.

3. Non multo autem poſt hanc calamitatem Herodes cum auxiliis aderat, ſerius *tamen* quam neceſſitas poſcebat. Hujus cladis cauſa erant ordinum ductores, qui ei non paruerunt. niſi enim derepente prælium fuiſſet commiſſum, tempus inſidiis idoneum non habuiſſet Athenio. Rurſus tamen ultus eſt Arabas crebris incurſionibus fines eorum infeſtans, adeo ut victoriam unam de ſe reportatam ſæpius rependerit. Sed dum inimicos perſequitur, alia fatalis incidit calamitas, anno regni ſui ſeptimo, cum jam pugna pugnaretur Actiaca. Nam vere ineunte terra concuſſa exitio dedit pecora quidem innumera, hominesque ad triginta millia, exercitus vero illæſus manſit; nam ſub dio ſtativa habebat. Interea Arabas in majorem audaciam extulit fama, triſtibus nunciis gravius ſemper aliquid affingens, ac ſi Judæa omnis penitus eſſet everſa. Igitur, cum exiſtimaſſent ſe terram vacuam & deſertam occupaturos eſſe, in eam irruptionem fecerunt, legatis prius interfectis, qui ad ipſos venerant à Judæis. Cum autem Herodes gentem, hac impreſſione perterritam, & calamitatum frequentium magnitudine fractam congregaſſet, ad injurias acceptas ulciſcendas *eam* incitare tentabat, hujuſmodi oratione.

4. "Mihi abſurdiſſimum videtur, ut in præ-
"ſentia vos formido percelleret. nam fata-
"les quidem plagas vobis anxietati eſſe, minime
"mirandum; idem autem pati ad hoſtium ad-
"ventum plane timidiorum eſt. Ego enim tan-
"tum abſum ab ejuſmodi hoſtium metu poſt ter-

χαρτερῶς ἀντιπαραλαξαμένων. ὡς δὲ τ' ἦλθεν, ἦν μάχα κίνημα τ' Ἀράβων· ἐν συναθροισθέντες εἰς [a] Κάναθα τ' Κοίλης Συρίας, [b] ἄπειρον τὸ πλῆθος, τὴν Ἰουδαίαν ἔμενον. ἔνθα μὴν τ' δυνάμεως Ἡρώδης ἐπελθών, ἐπεμέλετο τῶν τεθωρηθέντων ἀφηγεῖσθαι τ' πολέμου, καὶ στρατόπεδον ἐκέλευσε τειχίζειν. ἐν μὲν ὑπήκουσε τὸ πλῆθος, ἀλλὰ, τῇ πρώτῃ νίκῃ τεθαρρηκότες, ὥρμησαν ἐπὶ τὴν Ἀραβίαν, καὶ πρὸς τ' πρώτῃ ἐμβολῇ πραπίνται, ἐδίωκον. ἐπιβουλεύει δὲ Ἡρώδης ἐν τῇ διώξει, τὴν ὑπ' τ' Κανάθων ἐπιχωρίων ἀνέντος Ἀθηνίωνος, ὃς ἦν [c] αὐτῷ τ' Κλεοπάτρας στρατηγῶν ἀεὶ ἀφέρως. πρὸς δὲ τ' τούτων ἐπίθεσιν ἀναθαρρήσαντες οἱ Ἄραβες, [d] ἐπιστρέφονται· καὶ συνάψαντες τὸ πλῆθος πρὶ πετρώδη καὶ δύσβατα χωρία, τρέπονται τὴν Ἡρώδου, πλεῖστόν τε αὐτῶν φόνον ἐργάσαντο. οἱ δὲ ἀφικομένοις ὑπ' τ' μάχης, εἰς [e] Ὀρμιζα καταφεύγουσιν· ὅπερ καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν περιόντες, αὐτανδρον εἷλον οἱ Ἄραβες.

γ'. Μετ' ὀ πολὺ δὲ τ' συμφορᾶς, βοήθειαν ἄγων Ἡρώδης παρῆν τ' χρείας ὕστερος. ζώντες τ' πλησίον αὐτῷ, ὃ τ' ταξιαρχῶν ἀπειθὲς κατέστη· μὴ γὰρ ἐξαπιναίου τ' συμβολῆς γενομένης, οὐκ ἂν Ἀθηνίων εὗρε καιρὸν ἐπιβουλῆς. ἐπεμορήσατο μέντοι τὴν Ἄραβας αὖθις ἀεὶ τῷ χώρῳ καταπέχων, ὡς ἀναγκάσασθαι τῷ μίαν αὐτοῖς νίκην πολλάκις. ἀμειβομένῳ δὲ τὴν ἐχθρὰν ἐπιπίπτῃ συμφορὰ δαιμόνιος ἄλλη, [f] κατ' ἔτος μὲν τ' βασιλείας ἕβδομον, ἀγωνίζοντος δὲ ἤδη περὶ Ἄκτιον πολέμου. [g] ἔτι γὰρ ἀρχομένου ἔαρος ἡ γῆ σεισθεῖσα βοσκημάτων μὲν πλῆθος ἄπειρον, ἀνθρώπων δὲ [h] τρεῖς διέφθειρε μυριάδας, τὸ δὲ στρατιωτικὸν ἔμεινεν ἀβλαβές· ὑπαίθριον γὰρ ἠυλίζετο. καὶ τούτῳ τὴν Ἄραβας ὅτι μεῖζον ἢ κατ' ἦρεν ἡ φήμη, προσλογοποιοῦσα τοῖς σκυθρωποῖς ἀεί τι χαλεπώτερον, ὡς πάσης Ἰουδαίας [i] καταπεπτωκυίας. οἰηθέντες γὰρ ἐρήμην τῆς χώρας κατήσειν, ὥρμησαν εἰς αὐτὴν προθυσάμενοι τοὺς πρέσβεις, οἳ δὴ Ἰουδαίων ἔτυχον ἥκοντες πρὸς αὐτούς. πρὸς δὲ τὴν ἐμβολὴν καταπλαγὲν τὸ ἔθνος, καὶ μεγέθει συμφορῶν ἐπαλλήλων ἔκλυτον συναγαγὼν Ἡρώδης, ἐπειρᾶτο παρορμᾶν ὅτι τὴν ἄμυναν, λέγων [k] τοιάδε.

δ'. "Παραλογώτατά μοι δοκεῖ τὸ παρὸν ὑμᾶς
"καταπλαγῆναι δέος. πρὸς μέν γε τὰς δαιμονίους πλη-
"γὰς ἀθυμεῖν εἰκὸς ἦν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ πρὸς ἀνθρω-
"πίνην ἔφοδον πάσχειν, [l] ἀνάνδρων. ἐγὼ γὰρ τοσοῦτον
"ἀπολέλοιπα κατεπῃγέναι τὰς πολεμίους μετὰ τ' σεισμὸν,
ὥσθ'

[a] Confirmatur hæc lectio ex Κανάθων quod mox occurrit, & ex omnium utrobique codicum conſenſu, ſed Κανὰ eſt *Ant.* p. 692. v. 8. Intelligi videtur *Canatha* quam *Ptolemæus* (l. V. 15.) Cœleſyriæ, *Plinius* (l. V. 18.) regioni Decapolitanæ tribuit; quam & *Stephanus* πρὸς τῇ Βοσρᾷ Ἀραβίας collocat; & de qua *Euſebius*, Κανὰ πόλις Ἀραβίας οἷς ἐν Κανάθοις λεγομένη —— πλησίον Βοσρῶν. Hanc nonnulli eandem putant quæ ſupra in *Ant.* p. 599. v. 8. Κανὰ κώμη appellatur, & nihil intereſſe volunt utrum hoc an illo nomine deſignetur. Et pro Hebræo quidem קנה utrumvis, Cana vel Canatha recte dicitur. Sed ni fallitur *Euſebius*, hæc de qua nos loquimur Canatha קנת in *ſacris literis* vocatur, *Num.* XXXII. 42. *Aldr.* Vide ad p. 672. v. 11. ut & *Cellarium* in *Geogr. Ant.* l. 3. c. 13. p. 394. [b] Ita *MSS.* ἄπειρον in *Editis.* [c] Sic *MSS. Baſ.* & *Gen.* [d] Ὑποστρέφονται in aliquot *MSS.* [e] Ορμιζαν *Bod.* [f] Ab exceſſu ſcilicet Antigoni qui ſupplicio affectus eſt, M. Agrippa & Canidio Gallo Coſſ. *Ant.* l. 14. v. 82. l. 15. 5. Annoque deinde ſeptimo C. Cæſare Octaviano III. M. Valerio Meſſala Coſſ. pugnatum eſt ad Actium. Uti ex *Dione* l. 49. & 51. aliiſque eſt notiſſimum. *Aldr.* Videſis Cl. *Noriſium* in *Cenotaph. Piſan.* p. 139 &c. [g] Illa κατὰ δὲ deſunt *Bod.* ἀρχομένου δὲ *Busb.* quod ſane mallem quam κατὰ δὲ ἀρχομένου. [h] Περὶ μυρίους tantum in *Antt.* p. 673 v. 10. [i] Ita in *MSS.* καταμεμφθείσης *Baſ.* & *Gen.*. [k] Quippe aliis eos verbis alloquitur *Ant.* p. 673. §. 3. ubi ſuam dicendi facultatem *Joſepho* iterum experiri viſum eſt propter argumenti dignitatem. Alioquin orationum harum alterutra ſufficere potuiſſet Herodi, viro non admodum diſerto. *Aldr.* [l] Ἀναιδρον in aliquot *MSS.* * Hominibus plena, *Ruf.*

a Κὰν

"ὥσθ' ὑπολαμβάνειν καὶ θεὸν Ἀραψὶ δίλεαρ τῶ-
"το καθῆναι ὑμῖν δίκας ἡμῶν. ὁ γὰρ τοσοῦτον ὅπλοις
"ἢ χερσὶ πεποιθότες, ὅσον ταῖς αὐθμάτοις ἡμῶν συμ-
"φοραῖς ἦκον. σφαλερὰ δὲ ἐλπὶς οὐκ ἐξ ἰδίας
"ἰσχύος, ἀλλ' ἐξ ἀλλοτρίας ἠρτημένη κακοπρα-
"γίας. ὅτε δὲ τὸ δυσχεῖν ὅτε τὸ εὐπαθεῖν οὐ ἀν-
"θρώποις βέβαιον· ἀλλ' ἔστι ἰδεῖν ἐπαμειβομένη εἰς
"ἑκάτερον τὸν τύχων. καὶ τοῦτο μάθοιτε ἂν ἐξ
"οἰκείων ὑποδειγμάτων. τῇ γοῦν πρώτῃ μά-
"χῃ κρατοῦντων ἐκράτησαν ἡμῶν οἱ πολέμιοι,
"καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς νῦν ἁλώσονται κρατήσοντ δο-
"κοῦντες. τὸ μὲν γὰρ ἄγαν πεποιθὸς, ἀφύλακτον
"οἱ φόβοι δὲ διδάσκουσι προμήθειαν. ὥς τε ἐμοι-
"γε καὶ σὺ δοκεῖς ὑμῖν παρίσασθαι θαρρεῖν.
"ὅτε γὰρ ἐθρασύνεσθε πρὸς τοῦ δίκαιον κατὰ
"τῶν ἐχθρῶν, καὶ πρὸς τὸν ἐμὸν γνώμην ἐξορ-
"μίσατε, καιρὸν ἔχων ὁ Ἀθηνίων ὑπέδυ. νυνὶ
"δὲ ὁ ὄκνος ὑμῶν, καὶ τὸ δοκεῖν [b]ἄθυμον ἀσφάλειαν
"ἐμοὶ νίκης ἐγγυᾶται. χρὴ μέν τοι μέχρι τοῦ μέλ-
"λειν ὅτους ἔχειν, τὸ δὲ τοῖς ἔργοις ἐγείρεσθαι τε καὶ
"φρονήματα, καὶ πεῖσαι τοὺς ἀσεβεστάτους, ὡς ὅτε
"ἀνθρώπειόν τι κακὸν, ὅτε δαιμόνιόν ποτε ταπεινώ-
"σει τὸν Ἰουδαίων ἀνδρεκαθίαν, ἐφ' ὅσον τοὺς ψυχὰς
"ἔχουσιν, οὐδὲ προλήψεταί τις Ἀραβα τῶν ἑαυτοῦ
"ἀγαθῶν δεσπότην γενόμενον, οὐ παρ' ὀλίγον πολ-
"λάκις αἰχμάλωτον ἔλαβεν. μηδὲ ὑμᾶς ταρασ-
"σέτω τοὺ τῶν [c]ἀψύχων κινήματα, μηδὲ ὑπο-
"λαμβάνετε καὶ σεισμὸν ἑτέρας συμφορᾶς ἕτερον
"γεγονέναι σημεῖον. φυσικὰ γὰρ τοὺ τῶν στοιχείων
"πάθη, καὶ οὐδὲν ἀνθρώποις πλέον [d]ἢ τὸν οὐ
"αὐτοῖς βλάβην ὑπφέρει. λοιμοὺ μὲν γὰρ καὶ λι-
"μοὺ καὶ τῶν χθονίων βεσμῶν προγέγονέ τι ἄν τι
"σημεῖον [e]βραχύτερον· αὐτοὶ δὲ ζῶντα προηγε-
"φλὼ ἔχει τὸ μέγεθος. ἐπεὶ τί δύναται τοῦ
"σεισμοῦ μεῖζον ἡμᾶς βλάψαι καὶ κρατήσας ὁ πό-
"λεμος; τέρας μέν τοι μέγιστον ἁλώσεως [f]γέγο-
"νε τοῖς ἐχθροῖς, οὐκ αὐθμάτων οὐδὲ ἀφ' ἑαυ-
"τῶν ἀλλοτρίας, οἱ πρέσβεις ἡμετέρους παρὰ
"πάντων ἀνθρώπων νόμον, ὠμῶς ἀπέκτειναν, καὶ
"τοιαῦτα τῷ θεῷ θύματα περὶ τοῦ πολέμου [g]κατέ-
"τρεψαν. ἀλλ' ὁ ἀφαφάξοντας μέγαν ὀφθαλ-
"μὸν αὐτοῦ, καὶ τὸν ἀνίκητον δεξιάν. δώσουσι δὲ
"ἡμῖν αὐτίκα δίκας [h]ἄν τι τοῦ πατρίου φρονήμα-
"τος ἤδη ἔχοντες πρώτοι τῶν παρεσπονδημένων
"ἀναξώμεθ. εἴτε τις ὑπὲρ γυναικὸς, οὐδὲ
"τέκνων, ὑπὲρ κινδυνούσης πατρίδος, ἀλλ'
"ὑπὲρ τῶν πρέσβεων ἀμυνόμενος. ἐκεῖνοι σφα-
"τταῖσι τοῦ πολέμου τῶν ζώντων ἡμῶν ἄμεινον.
"προκινδυνεύσω δὲ καὶ γὼ χρόμενος ὑμῖν παρ-

ræ motum, ut existimarem Deum hanc Arabi-
bus escam objecisse, ut pœnas nobis persol-
verent. non enim tantum manibus armisque
freti, quantum calamitatibus nostris fortuitis,
veniunt. Fallax autem *eorum* spes est, quæ
non in suas vires recumbit, sed in aliorum
infortunia. nam neque vel secundæ res, vel
adversæ apud homines permanent: sed for-
tunam in partem utramque mutatam videre
est. cujus rei exempla vobis licet ex vobis-
met petere. Nempe qui prælio superiore
victoriam reportavimus, postea ab hostibus
victi fuimus: & nunc verisimile est nos illos
debellaturos esse, qui se victores fore sibimet
persuadent. nam magna quidem confiden-
tia homines facit incautos, metus vero do-
cet eos sibimet providere & prospicere, ad-
eo ut hoc ipsum, quòd timeatis, mihi fidu-
ciam suggerat. Nam cum ferociores, quam
opus erat, adversus hostes fueritis, & impe-
tum in eos contra voluntatem meam feceri-
tis, Athenion insidiandi tempus invenit. nunc
autem quod cunctemini, animoque dejici vi-
deamini, certam mihi victoriam spondet.
Porro convenit militibus, usque dum congres-
suri sint, ita se habere, in ipso autem opere ani-
mo esse erecto & elato, *hostesque* sceleratissi-
mos in eam adducere sententiam, quod ne-
que malum ab hominibus illatum, neque
quod fato debetur, unquam posse Judæorum
fortitudinem deprimere, quamdiu illis vita
suppetit; neque *eorum* quenquam patienter
laturum esse Arabem in suis bonis dominari,
quem sæpiuscule pene captivum egerit. Ni-
hil autem vos terreat rerum anima carentium
motus; neque arbitremini *terræ* concussio-
nem exstitisse alterius etiam calamitatis si-
gnum. Quæ enim elementis accidunt ab ipsa
natura sunt, nihilque præterea damni affe-
runt nisi quod eis insitum est. nam pestilen-
tiæ quidem vel famis vel terræ agitationis
fortasse signum aliquod paulo ante præcesse-
rit: hæc vero ipsa *definitam habent cer-
tamque magnitudinem. Cæterum quid nobis
amplius, quam terræ concussio *nupera*, bellum
nocere poterit etiam victis? Immo enimvero,
quod maxime futurum portendit excidium,
inimicis accidit (idque non sua sponte, neque
alienis manibus) qui legatos nostros contra
omnium hominum leges crudeliter mactave-
runt, talesque Deo pro belli eventu hostias
cæciderunt. Sed eum, cujus ante oculos
omnia versantur & cui dextra est invicta,
non effugient. Nobis autem continuo pœnas
persolvent, si quid patrii animi adhuc gerentes
in fœderis violati vindictam consurgamus.
Eat quisque non pro conjugibus, neque pro
liberis, neque pro patria periclitante *pugna-
turi*, sed legatorum cædem ulturi. Illi me-
lius, quam nos qui vivimus, bellum adimi-
strabunt. Quin & ego, si vos dicto audien-
tes habuerim, primus memet periculis objiciam.

a Καὶ τοῦτο δὲ διδαχὴν *Voss.* & *Ruf.* b Ἀθυμῶν *Voss.* c Ita *Big. Voss.* & *Ruf.* ψυχῶν in *cæteris.* d Aut ἢ τὸ τὸ αὐτοῖς βλαβὸς vel τὸν αὐτοῖς βλαβὸν in *MSS.* ἢ τὴν ἑαυτοῖς βλαβὸν *Bas.* & *Gen.* forsan pro ἢ τὸν ἐφ' ἑαυτοῖς βλαβὸν. e Βραδύτερον legisse videtur *Ruf.* qui vertit, *signum aliquod tardius forsan præcesserit.* quod *Gelenius* mutavit in *signum aliquod tardante malo fortasse præcesserit.* f Ita *Big.* & *Voss.* γεγενῆσθαι in *cæteris.* g Κατέστρεψαν in duobus *MSS.* h Ita lego ex conjectura, favente *Rufino*, qui vertit, *si patrio repleti spiritu in vindictam violati fœderis animos excitemus.* in libris, ἀντὶ δὲ πατρίου φρονήματος, ἃ δὲ παρεσπονδημένων ἀναξώμεθα. nisi quod primo loco ἄν τι, & postremo ἀναφαξώμεν habeant duo *MSS.* * Sui magnitudine finiuntur, *Ruf.*

"ciam. Nam certo ſciatis fortitudinem ve-
"ſtram eſſe inſuperabilem, niſi temerarie ali-
"quid audendo lædatur.

Crebræ Judæorum cum Arabibus velitationes. Ant. p. 675.

5. His *verbis* milites adhortatus, ubi eos alacres vidit, ſacra Deo faciebat; factaque re divina Jordanem fluvium cum exercitu tranſibat. Caſtris autem circa Philadelphiam poſitis, haud procul ab hoſtibus, ante caſtellum in medio poſitum, levi velitatione eos laceſſebat, quamprimum cupiens congredi. nam & hoſtes aliquos præmiſerant, qui munimentum iſtud occuparent. Et hos quidem cito repulerunt regii qui miſſi erant, & collem occupabant. Ille vero, quotidie ad prælium milites educens, aciem inſtruebat, & Arabas *ad pugnam* provocabat. Et cum nemo ex adverſo egrederetur (nam vehementi metu perculſi erant, & in conſpectu multitudinis dux Elthemus timore obriguerat) propius ad eos acceſſit & vallum ab ipſis aggeſtum divellebat. Atque * ita ſimul omnes vi compulſi nullo ordine mixtique cum equitibus pedites ad pugnam exierunt: & multitudine quidem ſuperiores erant Judæis, verum alacritate impares, quamvis deſperatio victoriæ eos etiam paulo audaciores fecerit.

Arabes fuſi fugatique. Ant. p. 676.

6. Ob quam potiſſimam cauſam, quamdiu quidem reſtiterunt, non magna eorum facta eſt cædes: ubi vero terga verterunt, multi à Judæis, multi etiam à ſuis conculcati, perierunt. Denique millia quinque in fuga ceciderunt, reliqua vero turba intra vallum compulſa evaſit. Eos *ſtatim militibus* circundedit & obſidebat *Herodes*: cumque neceſſe eſſet ut ſimul cum armis caperentur, eos tamen jam ante *ad deditionem* urgebat ſitis, aqua eos deficiente. Miſſis autem legatis, eos arroganter excipiebat rex; cumque talenta quinquaginta in redemptionis pretium ei offerrent, magis illis inſtabat. Denique, ardeſcente ſiti, catervatim exeuntes ultro ſe Judæis tradebant: adeo ut quinque quidem diebus quater mille in vincula darentur; ſexto vero die reliqua multitudo, ſalute deſperata, ad pugnam prodiret. Quibus congreſſus Herodes, iterum ſeptem circiter millia interficit. Tam magna autem clade Arabiam ultus, exſtinctoque virorum *ejus* ſpiritu, tantum profecit ut *poſtea* ab illa gente in patronum adoptaretur.

Poſt repulſos legatos magnam cladem accipiunt. Ant. p. 676.

"νίοις. εὖ γὰρ ἴστε τὴν ἑαυτῶν ἀνδρείαν ἀνυπόστατον, ἐὰν
"μὴ προπετείᾳ τινὶ βλαβῆτε.

ε'. Τούτοις παρακελευσάμενος ὁ στρατὸν, ὡς εἶδε προθύμως ἔχοντα πρὸς τὸν Θεῶν, καὶ μετὰ τῶν θυσίαν διέβαινε ὁ Ἰορδάνης ποταμὸν μετὰ τῆς δυνάμεως. στρατοπεδευσάμενος δὲ περὶ [a] Φιλαδελφίαν, ἐγγὺς τῶν πολεμίων, πρὸ τοῦ μεταξὺ φρουρίου, πρὸς αὐτοὺς ἠκροβολίζετο, βουλόμενος ἐν τάχει συμβαλεῖν. ἔτυχον γὰρ κἀκεῖνοί τινας προπεπομφότες, τὸν χαράκωμα μφύσαι τὸ ἔρυμα. τούτους μὲν οὖν ἀπεκρούσαντο ταχέως οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ τὸν λόφον κατέχουν· αὐτὸς δὲ, καθ' ἡμέραν προάγων τὴν δύναμιν εἰς μάχην, παρέταττε, καὶ προεκαλεῖτο τοὺς Ἀραβας. ὡς δὲ οὐδεὶς ἐπεξῄει· δεινὴ γάρ τις αὐτοὺς κατάπληξις εἶχε, καὶ πρὸ ὧν πλήθους ὁ στρατηγὸς Ἔλθημος αὐτῷ τῇ δείσει προσελθὼν ἐσαπάραττεν αὐτῶν τὸ χαράκωμα. καὶ τούτῳ συναναστάντες, [b] ἐξίασιν ὅπλα τῇ μάχῃ ἅπαντες, καὶ πεφυρμένοι τοῖς ἱππεῦσιν οἱ πεζοί· πλήθει μὲν οὖν τῶν Ἰουδαίων ἐλείποντο δὲ τοῖς προθυμίαις, καί τοι ἀπὸ τῶν ὑπογωσιν δ' νίκης ἦσαν ἐν αὐτοῖς προβόλοι.

ς'. [c] Διὸ μέχρι μὲν ἀντεῖχον, ἐν πολὺς ἦν αὐτῶν φόνος· ὡς δὲ ὑπέδεξαν αὐτῶν τὰ νῶτα, πολλοὶ μὲν ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, πολλοὶ δὲ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν συμπατούμενοι, διεφθείροντο. πεντακισχίλιοι γὰρ ἔπεσον ἐν τῇ τροπῇ, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἔφθη συνωσθὲν εἰς τὸ χαράκωμα. τούτους περιοχὴν ἐποιήσει· καὶ μέλλοντας, ἁλώσεσθαι τοῖς ὅπλοις προκατήτησαν ἡ δίψα, τῶν ὑδάτων ἐπιλιπόντων. ὑποφανέντες δὲ προσβαλομένους ὁ βασιλεὺς, καὶ λύτρα [d] δίδοντων πεντακόσια τάλαντα μᾶλλον ἐπέκειτο. τῆς δὲ δίψους ἀκμάζοντος, ἐξιόντες κατὰ πλῆθος ἐπεχείρουν σφᾶς αὐτοὺς τοῖς Ἰουδαίοις ἐκδόντες· ὡς πέντε μὲν ἡμέρας τετρακισχιλίους δεθῆναι, τῇ δὲ ἕκτῃ τὸ λειπόμενον πλῆθος ὑπ' ἀπογνώσεως ἐξελθεῖν ἐπὶ μάχην. οἷς συμβαλὼν Ἡρώδης, πάλιν [e] εἰς ἑπτακισχιλίους κτείνει. τηλικαύτῃ δὲ πληγῇ τὴν Ἀραβίαν ἀμυνόμενος, καὶ σβέσας τῶν ἀνδρῶν τὰ φρονήματα, προύκοψεν ὥς τε καὶ προϊόντος ὑπὸ τὰ ἔθνη αἱρεθῆναι.

XV. **CAP. XX.** **ΚΕΦ. κ'.** ιε'.

Ab Auguſto regnare juſſus Herodes, magnificis imperatorem muneribus demeretur. Ab illo viciſſim recipit partem regni quam ei ademerat Cleopatra, adjecta inſuper ditione quæ fuerat Zenodori.

Ἡρώδης ὑπὸ Καίσαρος βασιλεύειν κελευσθεὶς, δώροις αὐτοκράτορα μεγαλόφροσι θεραπεύει. αὐτὸς ὑπ' Ἡρώδην ἀμείβεται τῷ βασιλείας μέρει ὑπὸ Κλεοπάτρας ἀποτμηθέντι, προσθεμένης τὰ τοῦ Ζηνοδώρου χώρας.

Poſt pugnam Actiacam Auguſtum adit Herodes. Ant. p. 676.

MOX autem illum, poſt victoriam Cæſaris apud Actium, excepit de ſumma rerum ſolicitudo, propter amicitiam quæ illi cum Antonio interceſſit. Plus tamen ab eo metuebat, quam patiebatur. Nondum enim Cæſar victum eſſe Antonium putabat, dum ei *ſuis viribus* conjunctus maneret Herodes. Cæterum rex ſecum ſtatuebat

ΜΕταλαμβάνει δὲ αὐτὸν εὐθέως ἡ περὶ τῶν ὅλων πραγμάτων φροντὶς, διὰ τὴν πρὸς Ἀντώνιον φιλίαν, Καίσαρος ἤδη περὶ Ἄκτιον νενικηκότος. παρεῖχε μέν τι δέος πλέον, ἢ ἔπασχεν. οὔπω γὰρ ἐαλωκέναι Καῖσαρ Ἀντώνιον ἔκρινεν, Ἡρώδου συμμένοντος. ὁ γοῦν βασιλεὺς [f] ὁμόσε χωρῆσαι τοῖς κινδυνίοις

a Al. Φιλαδέλφειαν. *b* Ἐξίστασιν *Big. & Voſſ. c* Ita *Big.* δύο in *cæteris. d* Διδύτων in aliquibus *MSS. e* Πεμὶ ἑπτακισχιλίους in *Ant.* p. 676. v. 33. *f* Ita cum *Cod. Bunb.* Loquendi ſane genere uſitatiore, quam ὁμόσε χωρῆσαι τῶν κινδυνίων, quod exſtat in *Editis Aliiſque.* * *Vel* interea.

κινδυνώδεις διέγνω· καὶ πλεύσας εἰς Ῥόδον, ἔνθα διέτριβε Καῖσαρ, προέσεισιν αὐτῷ δίχα διαδήματος, τῷ μὲν ἐσθῆτα καὶ τὸ ὀχῆμα ἰδιώτης, τὸ δὲ φρόνημα βασιλεύς. μηδὲν γὰρ τῆς ἀληθείας ὑποστειλάμενος, ἄντικρυς εἶπεν. "Ἐγώ, Καῖσαρ, ὑπ' Ἀντωνίου τὸν Ἰουδαίων "βασιλεὺς γενόμενος, ἐπὶ πᾶσιν ὁμολογῶ χαριέναι "βασιλεῖ χρήσιμος Ἀντωνίῳ. καὶ μηδὲ τοῦτο ἂν ὑπε- "στειλάμην εἰπεῖν, ὅτι πάντως ἄν με μετὰ τοῦ ὅπλων ἐπέ- "σασας, εἰ μὴ διεκώλυσε Ἄραβες. καὶ συμμαχίαν μέν- "τοιγε αὐτῷ κατὰ δύναμιν, καὶ σίτου πολλὰς ἔπεμψα "μυριάδας· ἀλλ' οὐδὲ μετὰ τὴν ἐπ' Ἀκτίῳ πληγὴν, κατα- "λιπὼν τὴν εὐεργέτιν. ἐγνώμην δὲ σύμβουλος ἄριστος, "ὡς οὐκέτι χρήσιμος ἡμῖν σύμμαχος, μίαν εἰ λέγων "τὴν παραθέντων διόρθωσιν, τὴν Κλεοπάτρας θάνατον· ἣν "ἀνελόντι, καὶ χρήματα καὶ τεῖχη τοῖς ἀσφάλειαν, "καὶ στρατιὰν καὶ ἐμαυτὸν ὑποσχόμενον κοινωνὸν τοῖς "σὲ πολέμου. ὃ δὲ ἄρα τὰς ἀκοὰς ἀπέφραξαν ἡ "Κλεοπάτρας ἵμεροι, καὶ Θεὸς ὁ σοὶ τὸ κρατεῖν χαρι- "σάμενος. συνήπτομαι δὴ Ἀντωνίῳ, καὶ τέθεικα μετὰ τὴν "ἐκείνου τύχης τὸ διάδημα. πρὸς σὲ δὲ ἦλθον, ἔχων "[a] τῇ ἀρετῇ τὴν σωτηρίας ἐλπίδα, καὶ πρόλογον ἀξι- "ωθήσεσθαι παρὰ φίλου, οὐ τινος ἐγενόμην.

Herodes cum fiducia Augustum alloquitur. Ant. p. 679.

periculis sese offerre: cumque Rhodum navigasset, ubi Cæsar morabatur, adiit eum sine diademate, veste quidem cultuque privato, sed animo regio. adeoque nihil de veritate subducendo coram ista dicebat. "Ego, Cæsar, ab "Antonio factus Judæorum rex, fateor me "eum exstitisse regem, qui in omnibus studebam Antonii commodis inservire. Neque "est ut vel hoc dicere refugiam, quod omnimodo armis quoque me gravem expertus es- "ses, nisi obstitissent Arabes. Veruntamen & "auxilia ei pro mea virili, multasque frumenti "cororum myriadas misi; immo neque post "cladem Actii acceptam bene de me meritum deserui. Quin & optimum ei consilium "dedi, cum copiis eum adjuvare non potui, "non alia dicens via res lapsas posse restitui, "quam morte Cleopatræ: qua perempta, & "pecunias ei, & muros in securitatem, & exer- "citum, & meipsum belli adversus te socium "fore promittebam. Aures autem ei obstruxe- "runt Cleopatræ amores, & Deus cujus munere "tibi concessum est victoriam reportare. Una "ergo cum Antonio victus sum, & in eodem "cum fortuna ejus discrimine posui diadema. "Ad te autem veni, spem salutis in tua virtute "collocans, ea quidem præsumptione fore ut "dispiciatur qualis amicus non cujus fuerim.

Β'. Πρὸς ταῦτα Καῖσαρ, "Ἀλλὰ σώζῃ γε, ἔφη, "καὶ βασίλευε νῦν βεβαιότερον. ἄξιος γὰρ εἶ πολ- "λῶν ἄρχειν, ὅτῳ φιλίας προϊσάμην. πειρῶ δὲ "καὶ τοῖς εὐτυχεστέροις διαμένειν πιστὸς, ὡς ἔγωγε "λαμπροτάτας ὑπὲρ τοῦ σοῦ φρονήματος ἐλπίδας "ἔχω. καλῶς μέντοιγε ἐποίησεν Ἀντώνιος Κλεοπά- "τρᾳ πειθεὶς μᾶλλον ἢ σοί. καὶ γάρ σε κεκερ- "δήκαμεν, ἐκ τῆς ἀνοίας αὐτοῦ. καταρχεῖς δὲ, ὡς "ἔοικεν, εὐποιΐας· διό μοι γράφει [b] Κόϊντος Δίδιος, "συμμαχίαν σε πεπομφέναι πρὸς τοὺς μονομάχους "αὐτῷ. τῶν μὲν οὖν δόγματι τὸ βέβαιον σοῦ τῆς βα- "σιλείας ἐξαγγέλλω. πειράσομαι δὲ καὶ αὖθις ἀγα- "θόν σε τι ποιεῖν, ὡς μὴ ζητοίης Ἀντώνιον.

2. Ad hæc Cæsar respondit: "Immo vero "salvus esto, & nunc regna majori cum secu- "ritate. Nam dignus es qui multis imperes, "cum amicitiam tanta fide tueari. Operam "autem des velim, ut etiam paulo fortunatioribus fidus permaneas: id quod ego non obscura spe fretus ex animi tui magnitudine "exspecto. Veruntamen recte fecit Antonius, "qui Cleopatræ potius quam tibi paruit. namque te ex ejus lucrati sumus amentia. Prior "autem, ut apparet, benefacere cœpisti: quo "factum est ut ad me scriberet Q. Didius, "te adversus gladiatores auxilia ei *opportune* "misisse. Et nunc quidem te certiorem facio, "me tibi regnum decreto confirmatum ire. "insuper & ipse enitar ut aliqua in re tibi be- "nefaciam, adeo ut Antonium non desideres.

Augustus ei benigne respondet. Ant. p. 680.

γ'. Τούτοις φιλοφρονησάμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ [c] πειθεὶς αὐτῷ τὸ διάδημα, δόγματι διεσήμηνε τῇ δωρεᾷ, ἐφ' ᾧ πολλὰ μεγαλοφρόνως εἰς ἔπαινον τοῦ ἀνδρὸς ἐφθέγξατο. ὁ δὲ, δώροις ὑπομειλιξάμενος αὐτὸν, ἐζήτει τινὰ τῶν Ἀντωνίου φίλων [d] Ἀλέξανδρον, ἱκέτην γενόμενον. ἐνίκα δὲ ἡ Καίσαρος [e] ὀργὴ, πολλὰ καὶ χαλεπὰ μεμφομένη ὃν ἐζητοῦντο, οἷς διεκρούσατο τὴν δέησιν. μετὰ δὲ ταῦτα πορευόμενον [f] ἐπ' Αἰγύπτου διὰ Συρίας Καίσαρα παρὰ τὸν βασιλικὸν πλοῦτον δεξάμενος Ἡρώδης, τότε πρῶτον καὶ συνεπράσατο παρόντι τὴν Πτολεμαΐδα τῆς δυ-

Regnoque eum donat. Ant. p. 680.

3. Cum istis regem benigne alloquutus esset, & diadema ei impositum esset, decreto donum promulgavit, in quo multa *etiam* in ejus laudem magnifice dixit. Ille vero, cum muneribus magis adhuc Cæsarem demulsisset, Alexandrum, quendam ex amicis Antonii *ejus misericordiæ* supplicem, *sibi condonari* petebat. Sed vicit Cæsaris iracundia, de eo quem *laxari* postulabat *Herodes* multis & graviter querentis, adeo ut petitionem repulerit. Postea vero cum Cæsarem, in Ægyptum per Syriam iter facientem, omni opum regiarum apparatu excepisset Herodes, tunc primum cum eo, apud Ptolemaïdem milites lustrante, ob-

Et ab ipso in Ægyptum honorifice deducitur. Ant. p. 680.

[a] Illa τὴν ἀρετὴν non agnoscit *Big.* [b] Ita rescripsi, prout in *Ant.* p. 680. v. 20. quem locum videsis. Antea erat Βαιτίδιος in *Bas.* & *Gen.* Βαιδίδιος habet *Bod.* Augustus (in *Ant.* p. 680. v. 20.) commemorat, ὅτι Κόϊντος Δίδιος γράψειεν αὐτῷ πρεσβυμάχους τοὺς πρὸς τοὺς μονομάχους αὐτῷ συμπέμψαι τὸν Ἡρώδην. Hinc ille rumor quem ad Antonium pervenisse in *Antonio* suo (p. 949. & 950.) narrat *Plutarchus*; Judæum Herodem cum aliquot legionibus & cohortibus ad Cæsarem transfugisse. Quippe quos Cyzici gladiatores alebat Antonius, hi suppetias illi jam ab omnibus aliis deserto in Ægyptum ferre statuerunt. Sed eos transitu prohibebat inter alios Q. quoque Didius Syriæ præfectus; cumque ad defectionem perducere non posset, circumventos tandem ad deditionem perpulit; usus ea in re Herodis opera prout ex *Josepho* & *Plutarcho* colligitur. Pactosque ne posthac gladiatores essent, Antiochiæ Daphnen habitare permisit, donec ipse scriberet ad Cæsarem. *Appian.* in *Civil.* V. p. 749. *Dio* LI. p. 447. Sicut igitur ex hoc *Josephi* loco discimus pro μονομάχους in ejusdem *Archæologia* scribendum esse μονομάχους; ita ex *Dione* clarum est nec in hoc loco Βαιτίδιος, nec in illo Καπιδίων, sed utrobique Κόϊντος Δίδιος legi oportere. *Aldr.* [c] Confer *Strabonem* XVI. p. 765. A. *Tacitum* in *Histor.* V. 9. *Plutarchum* in *Anton.* p. 949. 950. *Aldr.* [d] Vide *notas* ad *Ant.* p. 680. v. 29. [e] Ex hoc loco aliquis legendum suspicaretur ὀργῇ προκατειλημμένῳ Καίσαρος, in *Ant.* p. 680. v. 30. [f] Ἐπ' Αἴγυπτον *Big.*

Herodes Auguſtum ejuſque exercitum ſplendide excipit. Ant. p. 680.

obequitavit, & convivium ei cum amicis ſuis omnibus præbuit: ac deinde reliquo exercitui omnia ad epulas *neceſſaria* diſtribuit. inſuperque curavit ut per regionem aridam uſque ad Peluſium proficiſcentibus, ſimiliterque redeuntibus, aquarum copia ſuppeditaretur: neque quidquam erat commeatûs quod exercitui defuit. Fecit denique ut & ipſe Cæſar militeſque *ejus* exiſtimarent, Herodi, ſi eorum quæ dederit ratio haberetur, juſto tenuius eſſe regnum & anguſtius. Quo factum eſt ut *Cæſar* poſtquam in Ægyptum veniret, cum jam mortui eſſent Antonius & Cleopatra, non ſolum cæteros ejus honores auxerit, verum etiam re-

Viciſſimque ab eo auctus eſt honoribus novaque ditione. Ant. p. 682.

gno ejus addiderit regionem à Cleopatra *ei* abſciſſam, & extra eam Gadara & Hippon & Samariam; atque ad hæc in ora maritima Gazam, & Anthedona, & Joppen, & Stratonis turrim. prætereaque ei, in corporis cuſtodiam, dono dedit quadringentos Gallos, qui antea Cleopatræ ſtipatores erant. nulla autem res magis liberalitatem Cæſaris incitabat, quam magnus animus accipientis.

4. Poſt primam autem Actiada, Trachonem ut appellatur Herodis regno adjecit, eique finitimam Batanæam, itemque regionem Aura-

8. Florus autem tunc quidem in regia diverſabatur; die vero ſequenti pro tribunali ante eam poſito ſedet, profectique ad eum pontifices cum viris omnibus ſummæ auctoritatis & dignitatis tribunali adſtiterunt. Quibus præcepit Florus, ut illos ſibi traderent qui contumeliis eum affecerant, dicens fore ut ipſos ultum iret, niſi conviciatores *ad eum* vellent adducere. Illi vero affirmabant populum quietum eſſe pacique ſtudere, & pro eis qui peperam loquuti ſunt veniam rogabant. In tanta quippe multitudine, minime mirandum eſſe, nonnullos inveniri, paulo audaciores & in prima adoleſcentia inconſultos: fierique non poſſe ut ii qui deliquerint à reliquis ſecernantur; cum & ſingulos nimirum *facti* pœniteat, & præ timore ad negandum ſint parati. debere tamen illum proſpicere gentis quieti, & conſtituere Romanis urbem ſervare; magiſque multorum innoxiorum gratia paucis qui ſcelus admiſerint ignoſcere, quam propter aliquot improbos tantam bonorum multitudinem perturbare.

Florus jubet militibus forum ire direptum.

9. Ad hæc *ille* magis irritatus milites inclamavit, ut forum quod ſuperius vocabatur direptum irent, ac paſſim obvios interficerent. Illi vero, cum lucri aviditatem præſidis adhortatione cohoneſtatam haberent, non ſolum illum diripiebant locum in quem immiſſi fuerant, ſed in domos univerſas irruentes trucidabant incolas. Fuga autem erat per omnes angiportus & cædes eorum quos comprehendebant, nullumque direptionis genus erat prætermiſſum. multos etiam *è moderatis comprehenſos ad Florum ducebant, quos cum ille jam ante verberibus dehoneſtaſſet in crucem eos ſuſtulit. Sane univerſi qui eo die fuerant perempti una cum mulieribus & liberis (nam ne infantibus quidem parcebant) connumerati erant ad tria hominum millia & ſexcentos. Graviorem autem calamitatem faciebant nova & *inopina* Romanorum immanitas. quod enim

Magna Judæorum cædes.

ἵνα τοῖς Ρωμαίων ὅπλοις ἐργάζηται [a] τὸ βουλόμενον, καὶ δι' ὅλου καὶ τοῖς ἀπειλαῖς [b] ἐφιδύσῃ τὴν πόλιν.

ζ'. Ὁ δὲ δῆμος, προθυσόμενος τὸν ὁρμὴν αὐτοῦ βουλόμενος, [c] ὑπαντᾷ τοῖς στρατιώταις μετ' εὐφημίας, καὶ τὸν Φλῶρον ἱλαρώτατος ἀσπάζεσθαι παρασκευάζει. κἀκεῖνος προπέμψας σὺν ἱππεῦσι πεντήκοντα Καπίτωνα ἑκατοντάρχην, ἀναχωρεῖν αὐτοὺς ἐκέλευσε, καὶ μὴ προσῆκον ὂν ὕβρεσιν ἐλοιδόρησαν αἰσχραῖς, εἰρωνείας τοὺς τῶν φιλοφρονήσεως. δεῖν γὰρ αὐτοὺς, εἴπερ γενναῖοί εἰσι καὶ παῤῥησιαστάι, σκώπτειν μὲν αὐτὸν καὶ παρόντα· φαίνεσθαι δὲ μὴ μόνον ἐν τοῖς λόγοις, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ὅπλοις φιλελεύθερους. [d] τούτοις καταπλαγὲν τὸ πλῆθος, ἅμα καὶ τὸν περὶ Καπίτωνα ἱππέων [e] εἰς μέσους φερομένων, διεσκεδάσθη, πρὶν ἀσπάσασθαι τὸν Φλῶρον, ἢ τοῖς στρατιώταις φανερὸν ποιῆσαι τὸ ἀνδάνον. ἀναχωρήσαντες δὲ εἰς τὰς οἰκίας μίαν δίην καὶ τεσσεράκοντα διενυκτέρευσαν.

η'. Φλῶρος δὲ τότε μὲν ἐν τοῖς βασιλείοις αὐλίζεται· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ βῆμα [f] πρὸ αὐτοῦ ἵδρυται· καθέζεται, καὶ προσελθόντες οἵ, τε ἀρχιερεῖς [g] καὶ δυνατοὶ, τό,τε γνωριμώτατον τῆς πόλεως πᾶν, παρέστησαν τῷ βήματι. τούτοις ὁ Φλῶρος ἐκέλευσε τοὺς λοιδορήσαντας αὐτὸν ἐκδοῦναι· φάσκουσι δ' αὐτοὺς ἐκλαύσαι τὸ ἁμάρτημα· καὶ παρακαλοῦσι τὸν ὄχλον συγγνώμην ἔχειν τοῖς πεπλημμεληκόσιν, ἢ δι' ὀλίγους πονηροὺς παρέξαι δῆμον [k] ἀγαθὸν τοσοῦτον.

θ'. Πρὸς ταῦτα μᾶλλον παροξυνθεὶς ἐμβοᾷ τοῖς στρατιώταις, ἁρπάζειν τε τὸν ἄνω καλούμενον ἀγορὰν, καὶ κτείνειν τοὺς ἐντυγχάνοντας. οἱ δὲ, θηριώδη ὁρμὴν λαβόντες [l] προσλαμβάνουσι ἡγεμονικὸν ἐνθουσιασμὸν, ὃ μόνον ἐφ' ὧν ἐπέμφθησαν τόπων ἥρπαζον, ἀλλ' εἰς πάσας ἐμπηδῶντες τὰς οἰκίας, ἐσφαζον τοὺς οἰκήτορας. φυγὴ δ' ἦν ὁδὸς τῶν φονευθησομένων, καὶ φόνος τῶν καταλαμβανομένων, τέρπος τε ἁρπαγῆς οὐδὲν [m] παρελιμπάνετο. καὶ πολλοὺς τῶν μετρίων συλλαμβάνοντες, ὠθεῖ τὸν Φλῶρον [n] ἦγον, ὃς μάστιξι προσπασσάμενος ἀνεσταύρωσεν. ὁ γοῦν σύμπας τῶν ὀφειλομένων τῇ ἡμέρᾳ ἀριθμὸς, σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις, οὐδὲ γὰρ νηπίων ἀπέχρησε, [o] δισὶ τετρακισχιλίοις καὶ ἑξακοσίοις συνήχθη. βαρυτέραν δὲ ἐποίει τὴν συμφορὰν τὸ καινὸν τῆς Ρωμαίων ὠμότητος. ὁ γὰρ μηδὲ

a Illa τὸ βουλόμενον ex MSS. quibus conſentiunt Rufini codices. b Ita Bunb. Big. & Rhed. ἐφιδύσῃ in cæteris. c Ita Bod. ὑπαίθρου in Editis Aliiſque. mallem ὑπαίθρου. d Ita Big. & Ruf. ἴσον in cæteris. e Εἰς μέσον Big. f Πρὸς αὐτῶν Bunb. & Bod. adverſum eos vertit Ruf. g Καὶ οἱ δυνατοὶ Bunb. h Δίδωσιν Bunb. δίδωσιν Big. i Sic Bunb. & Rhed. πλημμελήσασιν in cæteris. k Ἀγαθῶν Big. & Bunb. l Προσλαβόντες Big. & mox συνδιέφθειρον. m Παριλείποτο Big. n Ἀγῶν Big. o Περὶ τρισχιλίους καὶ ἑξακοσίους Big. & Ruf. * Nobilium, Ruf.

a Iudæos

μηδεὶς πρότερον τότε Φλῶρος ἐτόλμησεν, ἄνδρας ἱππικῆ τάγματος μαστιγῶσαι πρὸ βήματος, καὶ σταυρῷ προσηλῶσαι· ὧν εἰ καὶ τὸ γένος [a] Ἰουδαῖον, ἀλλὰ [b] τὸ γοῦν ἀξίωμα Ῥωμαϊκὸν ἦν.

nemo unquam prius, tunc ausus est Florus, ut viros *scilicet* equestris ordinis pro tribunali flagellis cæderet, & cruci affigeret: quorum etsi origo Judaïca, dignitas tamen erat Romana.

κε'. ΚΕΦ. ιε'.

Περὶ Βερνίκης μάτην Φλώρου δεομένης Φείδεσθαι Ἰουδαίων. Ὅπως σβεσθείσης τὴν στάσεως πάλιν ὁ Φλῶρος ἀνῆψεν αὐτῶν.

CAP. XV.

De Berenice frustra Florum obsecrante ut parceret Judæis. Et quomodo Florus seditionem exstinctam resuscitavit.

XV.

ΚΑτὰ τοῦτον τὸν χρόνον, ὁ μὲν βασιλεὺς Ἀγρίππας ἔτυχεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πεπορευμένος, ὅπως Ἀλεξάνδρῳ συνηθείᾳ πεπιστευμένῳ τὴν Αἴγυπτον ὑπὸ Νέρωνος, καὶ πεμφθέντι διέπειν. τὴν δὲ ἀδελφὴν αὐτοῦ Βερνίκην παρὼν ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τὴν παρανομίαν τῶν στρατιωτῶν [c] ἀποδεχομένην, δεινὸν εἰσῆει πάθος. καὶ πολλάκις τούς τε [d] ἱππάρχας [e] αὐτῆς καὶ σωματοφύλακας πέμπουσα πρὸς Φλῶρον ἐδεῖτο παύσασθαί γε φόνου. καὶ ὁ μέν, οὔτε εἰς ὅ πλῆθος τῶν ἀναιρουμένων, οὔτε εἰς τὴν εὐγένειαν τὴν ἐκείνης ἀποβλέψας, ἀλλ' εἰς μόνον ὃ λυσιτελὲς ἐκ τῶν ἁρπαγῶν ἀποβλέπων, παρήκουσεν· ἡ δὲ ὁρμὴ τῶν στρατιωτῶν ἐλύσαντο καὶ τὴν τῆς βασιλίδος. ἃ μόνον γοῦν ἐν ὄμμασιν αὐτῆς ἠκίζοντο τοὺς ἁλισκομένους καὶ διέφθειρον. ἀλλὰ καὶ αὐτῷ ἀνεῖλον, εἰ μὴ καταφυγεῖν εἰς τὴν βασιλικὴν αὐλὴν ἔφθη· καὶ δι' ἐνυκτέρευσε μὴ φυλακῆς, δεδοικυῖα τὴν τῶν στρατιωτῶν ἔφοδον. ἐπεδήμει δὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις, [f] εὐχὴν ἐκτελοῦσα τῷ Θεῷ. τοὺς γὰρ ἐν νόσῳ καταπονουμένους, ἢ ποιν ἄλλαις ἀνάγκαις, ἔθος εὔχεσθαι [g] πρὸ τριάκοντα ἡμερῶν, ἧς ἀποδώσειν μέλλοιεν θυσίας, οἴνου τε ἀφέξεσθαι, καὶ ξυρήσασθαι τὰς κόμας. ἃ δὴ τότε τελοῦσα Βερνίκη, γυμνόπους τε πρὸ τοῦ βήματος ἱκέτευσε τὸν Φλῶρον, καὶ πρὸς ὃ μὴ τυχεῖν αὐτῆς αὐτῷ, τὴν πρὸ τοῦ ζῆν κίνδυνον ἐπείρασεν.

PER idem tempus rex quidem Agrippa Alexandriam erat profectus, congratulatum Alexandro misso ad Ægyptum, quæ ei concredita erat à Nerone, imperio regendam. Sororem autem ejus Berenicen, quæ *tunc* Hierosolymis aderat & militum iniquitatem spectabat, gravis inde angor invasit: & frequenter equitum suorum præfectos & corporis custodes ad Florum mittens orabat, ut à cæde desineret. Et ille quidem, neque ad multitudinem interfectorum, neque ad nobilitatem ejus quæ eum obsecrabat, sed tantum ad suum ex rapinis quæstum respiciens, audire recusavit: militum vero impetus etiam adversus reginam efferatus est. quippe ob oculos ejus non solum *obvios* quosque prehensos verberibus cruciabant & perimebant, sed & ipsam etiam occidissent, nisi prius in regiam confugisset. illic etiam cum custodia pernoctavit, verita militum irruptionem. Hierosolymis quippe agebat ut vota Deo solveret. nam iis qui morbo laboraverant, aut in angustias quascunque conjecti fuerant, moris erat precibus vacare xxx. diebus antequam victimas oblaturi essent, & vino abstinere & radere comam. quæ dum perficeret Berenice, & nudipes pro tribunali Floro supplicabat, &, præterquam quod nulla ei habita esset reverentia, etiam de vita sua periclitata est.

Alexander quidam Ægypti procurator.

Berenice pro populo supplicat Floro.

Vitæ discrimen adit.

β'. Ταῦτα μὲν οὖν ἐκκαιδεκάτῃ μηνὸς Ἀρτεμισίου συνέβη. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὁ μὲν πλῆθος συρραδὸν εἰς τὸ ἄνω συνέρρυσεν ἀγορὰν, καὶ βοαῖς ἐξαισίοις τοὺς τῶν ἀπολωλότων [h] ἀνωδύροντο· ὁ πλέον δὲ ἦσαν εἰς τὸν Φλῶρον ὑπόφθονοι φωναί. τοὺς δ' εἰσαντες ὡς δυνατοὶ σὺν τοῖς ἀρχιερεῦσι τὰς ἐσθῆτας διερρήξαντο, καὶ προπίπτοντες ἐκέλευον, ἐδέοντο παύσασθαι, καὶ μὴ πρὸς οἷς πεπόνθασιν εἰς ἀνήκεστόν τι τὸν Φλῶρον ἐρεθίζειν. ἐπειδὴ δὲ ὁ πλῆθος ταχέως, αἰδοῖ τε τῶν ἀναλόντων, καὶ κατ' ἐλπίδα τοῦ μηδὲν ἔτι ὦν Φλῶρον εἰς αὐτοὺς ἀδικήσειν.

2. Et ista quidem decimo sexto die mensis Artemisii acciderunt. Postridie vero multitudo quidem vehementer commota in forum superius confluxit, & magnis clamoribus eos qui fuerant occisi lamentabantur: potissimum autem vociferabant ut Floro odium concitarent. id quod veriti primates cum pontificibus vestimenta lacerarunt, & singulis ad genua accidentes, ut quiescerent orabant, neque, præter ea quæ *jam* perpessi sunt, ad malum aliquod gravissimum *eis inferendum* Florum irritarent. Illico paruit multitudo, tam reverentia precantium, quam quod sperarent Florum non amplius injuriis ipsos affecturum.

Tumultuatur populus.

κζ'. γ'. Ὁ δὲ σβεσθείσης τὴν ταραχὴν ἤχθετο, καὶ πάλιν αὐτῷ ἀνάψαι πραγματευόμενος, τούς τε ἀρχιερεῖς σὺν τοῖς γνωρίμοις μεταπέμπεται, καὶ μόνον, ἔφη, τεκμήριον ἕστεσθαι τὸν μηδὲν ἐπὶ τὸν δῆμον νεωτερεῖσειν, εἰ προελθόντες κατασπάσοιτο τοῖς ἀπὸ Καισαρείας ἀνιοῦσι στρατιώτας. παρεγένοντο δὲ δύο σπεῖραι. τῶν δὲ ἐπὶ συγκαλοῦντων τὸ πλῆθος, προπέμψας διδάσκει τοῖς τῶν σπειρῶν ἑκατοντάρχαις, ὅπως ἀσπασίως

3. Ille autem, motu isto exstincto, angebatur; & denuo eum inflammare satagens, & pontifices cum nobilioribus quibusque accersit, & unicum fore argumentum ajebat, quod populus non ulterius res novas moliturus sint, si progressi *ex urbe* obviam ierint militibus è Cæsarea *in eam* ascendentibus. duæ autem adveniebant cohortes. Dumque illi multitudinem convocarent, *is*, certis quibusdam præmissis, significabat cohortum centurionibus, suis denun-

Sedato tumultu Florus id agit ut populum concitet.

---

a Ita *Big.* & *Ruf.* τῶν Ἰουδαίων *Bod.* Ἰουδαῖοι in *ceteris.* *b* In *Cod. Busb.* ἀλλὰ γοῦν τὸ ἀξ. *c* Θαυμάζω *Big.* *d* Ὑπάρχους *Busb.* ἐπάρχους *Rhed.* *e* *Al.* αὐτῆς & ἑαυτῆς. *f* Non videtur votum hoc fuisse Nazareatûs votum (uti plerique existimant) sed votum conceptum ob liberationem vel à morbo vel ab alio aliquo periculo seu necessitate. *L. Cappellus* ad *Act.* c. 21. v. 23. Vide *Grotium* ad *Act.* c. 18. v. 18. & *Spencerum* de *Legibus Hebræorum ritualibus*, lib. 3. Diss. 1. c. 6. *g* Videtur legendum πρὸ τριῶν ἡμερῶν, non vero τριάκοντα. nam longum est tempus illud, neque commodum erat omnibus voventibus tam diu Hierosolymis hærere, usque dum sacrificia pro iis peragerentur. *L. Cappell.* *h* Ἀποδύροντο *Bod.*

a Κατ'

denunciatum ire militibus, ut Judæos minime ſalutarent, & ſi quid contra ipſum loquuti fuerint, armis eos aggrederentur. Pontifices, cum multitudinem in templum congregaſſent, ut Romanis in occurſum irent hortabantur, & antequam mali aliquid graviſſimi paterentur benigne cohortes exciperent. Iſtis ſeditioſi parere recuſabant, & propter ſuorum cædem multitudo ad audaciores propendebat.

Sacerdotes & Levitæ ſtudent paci quietique.

4. Tum demum ſacerdos omnis omniſque Dei miniſter, cum vaſa ſacra protuliſſent, & ornatum induiſſent, quo munus ſuum obire ſolebant, citharistæ etiam & cantores cum multitudini ad genua cum inſtrumentis ſuis acciderent, ſupplicabant, ut ſacrum iſtum ornatum eis cuſtoditum eſſe vellent, & Romanos eouſque irritare nollent, ut vaſa Deo ſacrata direptum irent. Videre autem erat ipſos pontifices cum cineribus quidem capiti inſperſis, pectore vero nudos veſtibus dilaceratis. atque nominatim ſingulos quoſque nobilium & multitudinem communiter obſecrabant, ne ob minimum delictum patriam iis proderent, qui eam vaſtare deſiderant. "Quid enim *ajebant*, "militibus proderit ſi à Judæis ſalutati fuerint, "aut quomodo Judæis ſatisfactum erit pro iis "quæ acciderunt, ſi nunc obviam nolint pro"cedere? Sin vero eos adventantes pro more "officioſe exceperint, fore ut Floro quidem "omnis belli occaſio præcidatur, illis vero de"tur ut patriam ſervent, & nihil amplius mali "patiantur. Præterea ſummæ dementiæ eſſe, "paucis ſeditioſis ſeſe adjungere, cum opor"teret ipſos, tantam quippe multitudinem, co"gere etiam illos ad ſecum conſentiendum.

Flori milites irritant Judæos, & magnam ſtragem edunt.

5. Iſtis multitudinem demulcentes, ſimul & ſeditioſorum quoſdam partim minis partim *ſui* reverentia compreſſerunt. deinde *eos* quiete compoſiteque ducentes militibus obviam ibant, cumque propius accederent eos ſalutarunt. atque ubi illi nihil reſponderunt, magno clamore in Florum invehebantur. Hoc autem in teſſaram contra eos datum erat. Statim itaque milites, cum illos circundediſſent, fuſtibus eos cædebant, & in fugam verſos conculcabant equites, dum eos perſequerentur. Et multi quidem cadebant à Romanis cæſi, plures vero vi à ſe invicem protruſi. nam in ipſis portis vehemens facta eſt propulſio: & unoquoque alterum prævenire properante, tardior quidem omnibus erat fuga, lapſis vero horrendus interitus. nam ſuffocati fractique ſuper-gradientium multitudine perempti erant, & ne ad ſepulturam quidem quiſquam relictus erat, qui à ſuis dignoſci poterat. Simul autem irruebant etiam milites, immoderate eos quos comprehendiſſent cædentes, & per Bezetha ut vocatur ſurſum impellebant multitudinem, vi nitentes eam præterire, & templum atque Antoniam occupare. Quorum etiam deſiderio Florus ex aula regia eduxit eos qui ſecum erant, & in caſtellum pervenire ſummopere contendebat. Cæterum excidebat incœpto. Populus quippe

λασι τοῖς ὑφ' ἑαυτὸν, μήτε ἀντιπαράσασθαι τοῖς Ιουδαίοις, κἂν ⁽a⁾κατ' αὐτῶν φθέγξωνται, χρήσασθαι τοῖς ὅπλοις. οἱ δὲ ἀρχιερεῖς εἰς τὸ ἱερὸν τὸν πλῆθον συναγαγόντες ὑπαντᾶν τοῖς Ρωμαίοις παρεκάλουν, καὶ πρὸ ἀνηκέστων παθῶν τὰς αὐτοῖς δεξιοῦσθαι. τούτοις τὸ στασιῶδες ἠπείθει, καὶ μᾶλλον τοὺς ἀπελαύνοντας τὸ πλῆθος ἔρρεπε πρὸς τοὺς θρασυτέρους.

Δ'. Ἔνθα δὴ πᾶς μὲν ἱερεὺς, πᾶς δ' ὑπηρέτης τοῦ Θεοῦ, τὰ ἅγια σκεύη προκομίσαντες, καὶ τὸν κόσμον, ὃν ἐν ᾧ λειτουργεῖν ἔθος ἦν αὐτοῖς, ἀναλαβόντες, κιθαρισταί τε καὶ ὑμνῳδοὶ, μετὰ τῶν ὀργάνων προσπίπτοντες, καταπολλὰ φυλάξαι τὸν ἱερὸν κόσμον αὐτοῖς, καὶ μὴ πρὸς ἁρπαγὴν τοῦ θείου κειμηλίου Ρωμαίους ἐρεθίσαι. τοὺς δὲ ἀρχιερεῖς αὐτοὺς ἦν ἰδεῖν κεκαμωμένους μὲν τῆς κεφαλῆς κόνιν, ⁽b⁾γυμνοὺς δὲ τὰ στέρνα τῆ ἐσθῆτι προερρηγμένους. ὀνομαστὶ δὲ ἕκαστον τῶν γνωρίμων καὶ κοινῇ τὸ πλῆθος ἱκέτευον, μή δι' ἐλαχίστης ἀτιμωρησίας προδοῦναι τὸν πατρίδα τοῖς ἐπιθυμοῦσι πορθῆσαι. "τίνα γὰρ ἢ τοῖς στρατιώταις φέρει "ὠφέλειαν ⁽c⁾ἀπὸ Ιουδαίων ἀσπασμὸν, ἢ διόρθωσιν "αὐτοῖς τῶν συμβεβηκότων, τὸ μὴ νῦν προελθεῖν; "εἰ δὲ δὴ δεξιώσαιντο τοὺς προσιόντας, ὡς ἔθος, "⁽d⁾Φλώρου μὲν ἀποκοπήσεσθαι τὴν ἀφορμὴν τοῦ πο"λέμου, κερδήσειν δὲ αὐτοὺς τὸν πατρίδα, καὶ τὸ μη"δὲν παθεῖν πλέον. ἄλλως τε καὶ τὸ πείθεσθαι στα"σιάζουσιν ὀλίγοις, δίον αὐτοὺς δῆμον ὄντας, τοσούτου "συναναγκάζειν καὶκείνους συγκαταινεῖν, δεινῆς ⁽e⁾ἀπορ"σίας οὔσης".

ε'. Τούτοις μειλισσόμενοι τὸ πλῆθος, ἅμα καὶ τοὺς στασιαστὰς, ὃς μὲν ἀπειλῆς, ὃς δὲ αἰδοῦς κατέσειλαν. ἔπειτα ἐξηγούμενοι, μετ' ἡσυχίας τε καὶ κόσμου τοῖς στρατιώταις ὑπήντων, καὶ πλησίον γενομένους ἠσπάσαντο. τῶν δὲ μηδὲν ἀποκριναμένων, οἱ στασιασταὶ Φλώρου κατεβόων. τοῦτο δὲ ἦν σύνθημα κατ' αὐτῶν δεδομένον. αὐτίκα γὰρ οἱ στρατιῶται, περιχόντες αὐτοὺς, ἔπαιον ξύλοις, καὶ φεύγοντας, οἱ ἱππεῖς καταδιώκοντες συνεπάτουν. ἔπιπτον δὲ πολλοὶ μὲν ὑπὸ Ρωμαίων τυπτόμενοι, πλείους δὲ ὑπ' ἀλλήλων βιαζόμενοι. δεινὸς δὲ πρὸ τῶν πύλας ὠθισμὸς ἦν· καὶ φυγὴν ἔχοντος οὐδενὸς, βραδυτέρα μὲν ἡ φυγὴ πᾶσιν ἐγίνετο, τῶν δὲ σφαλέντων ἀπώλεια δεινή. πνιγόμενοι γὰρ καὶ κλώμενοι πλήθει τῶν ὑπερισταμένων ἠφανίζοντο, καὶ οὐδὲ πρὸς ταφὴν τις γνώμης τοῖς ἰδίοις κατελείπετο. συνέπιπτον δὲ καὶ στρατιῶται πάσχοντες ⁽f⁾ἀνέδην τοὺς καταλαμβανομένους, καὶ διὰ τῆς ⁽g⁾Βεζεθὰ καλουμένης ⁽h⁾ἀνώθουν τὸ πλῆθος, βιαζόμενοι παρελθεῖν καὶ κρατῆσαι τοῦτο ἱερόν καὶ τῆς Αντωνίας. ὧν καὶ Φλώρος ἐφιέμενος ⁽i⁾ἐξήγαγεν ἐκ τῶν βασιλικῶν αὐλῶν τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ πρὸς τὸ φρούριον ἐλθεῖν ἠγωνίζετο. διήμαρτε γοῦν τῆς ⁽k⁾ἐπιβολῆς. ὁ γὰρ δῆμος

ἄπτικρες

a Κατ' αὐτῶν *Bunb. & Bod.* *b* Vide *Grotium* ad *Matt.* c. 26. v. 65. *c* Φλώρῳ *Big.* *d* Ita ex *MSS.* ἀσμενίσαι in *Editis.* Locum hunc vertit *Rufinus* hoc modo, *His addunt quod* [*quoniam MS.*] *paucis ſeditioſis ſi tanta multitudo jungatur, hoc* [*quo MS.*] *magis ad pacificum conſilium ſuam deberent* [*debuerant MS.*] *auctoritatem transferre.* *e* Ita ex *MSS.* ἀναιδῶ in *Editis.* *f* Non dubito quin *Bezetha* collis fuerit, ædificiis ſcilicet occupatus, & pars urbis. *g* Ωθαν *Big.* *h* Εξῆγε τ. β. *Big.* *i* Επιουλῆς in quibuſdam *MSS.*

a Και

ἄντικρυς ὑπεραφεὶς ἔργα τῷ ὁρμῇ, [a]καὶ ἀφεστῶντες ὑπὸ τῶν τειχῶν τοὺς Ρωμαίους ἔβαλλον. κατα πονούμενοι [b]δὲ τοῖς ὑπερθε βέλεσι, καὶ διαχόψαι δ τοὺς στενωπούς ἐμφράξαι πλῆθος ἀσθενήσαντες, ἀνεχώρουν εἰς τὸ πρὸς τοῖς βασιλείοις στρατόπεδον.

ς'. Οἱ δὲ στασιασαί, δείσαντες μὴ πάλιν ἐπελθὼν ὁ Φλῶρος κρατήσῃ τοῦ ἱεροῦ [c]ἀφ' ἧ Αντωνίας, ἀναβάντες εὐθέως τοὺς συνεχεῖς στοὰς τοῦ ἱεροῦ πρὸς τ Αντωνίαν διέκοψαν. τοῦτο ἔψυξε τ Φλώρου πλεονεξίαν. τ γὰρ τοῦ Θεοῦ θησαυρῶν ἐφιέμενος, καὶ ἀφ' τοῦτο παρελθεῖν ὁρμῶν εἰς τ Αντωνίαν, ὡς [d]ἀπερράγησαν αἱ στοαί, τ ὁρμὴν ἀνέσχεν. ὡ μεταπεμψάμενος τοὺς τε ἀρχιερεῖς ὡ τ βουλὴν, αὐτὸν μὲ ἐξιέναι τ πόλεως ἔφη, φρουρὰν δὲ καταλείψειν αὐτοῖς ὅσην ἂν ἀξιώσωσι. τ δὲ πάντα πρὸς ἀσφαλείας ὡ τοῦ μηδὲν νεωτερίσειν ὑποπτεύοντα, εἰ μίαν αὐτοῖς καταλείψοι σπεῖραν, μὴ μέντοι τὴν μαχεσαμένην· πρὸς γὰρ ταύτην ἀπεχθῶς δι' ἃ πέπονθεν ἔχειν τὸ πλῆθος· ἀλλάξας τ σπεῖραν, ὡς ἠξίουν, μὴ τ λοιπῆς δυνάμεως ὑπέστρεψεν εἰς Καισάρειαν.

è vestigio *in eos* conversus impetum *illorum* cohibuit, quique seorsum stabant super tectis *domorum* saxis feriebant Romanos. Cum itaque vexarentur telis superne venientibus, nec valuerint multitudinem perrumpere quæ vias angustiores obstruebat, ad exercitum qui in regia erat se recipiebant.

6. Seditiosi autem veriti, ne superveniens denuo Florus templum occuparet per Antoniam eundo, facto statim ascensu porticus templo contiguas versus Antoniam succiderunt. id quod Flori avaritiam refrigeravit. Nam cum Dei sacris thesauris inhiaret, propterea que in Antoniam transgredi cuperet, ubi disruptas vidit porticus ab impetu conquievit. Atque ubi pontifices & senatum accersiverat, se quidem ajebat urbe digredi; præsidium tamen iis relicturum esse, quantum ipsi voluerint. Cum autem illi omnia de securitate & ne quid novi agitaretur polliciti essent, si unam tantum apud eos relinqueret cohortem, non tamen illam quæ cum civibus conflixerat (ob ea siquidem quæ pertulerant populum ei infensum esse) *is* cohorte, uti rogabant, mutata, cum reliqua manu Cæsaream reversus est. *Florus Cæsaream regreditur.*

κϛ'. ΚΕΦ. ις'. CAP. XVI. XVI.

Κέστιος πέμπει Νεαπολιτανὸν χιλίαρχον τὰ τ Ιουδαίων κατασκεψόμενον. δημηγορεῖ Αγρίππας πρὸς τοὺς Ιουδαίους, ἵν' αὐτοὺς ὡ πρὸς τοὺς Ρωμαίους πολέμου ἀποτρέψῃτο.

Cestius mittit Neapolitanum tribunum ad res Judæorum explorandas. Agrippa orationem habet ad Judæos, ut ipsos à bello adversus Romanos dehortaretur.

ΕΤέραν δὲ βουλὴν τῷ πολέμῳ προσλόμενος, [e]ἐπέστελλε Κεστίῳ, Ιουδαίων ἀπόστασιν κατα-φρονόμενος, τήν τε ἀρχὴν τῆς μάχης πεισθεὶς αὐτοῖς, καὶ φήσας λέγων ἐκείνους ἃ πεπόνθασιν. ὡ μὴν ὑπ' οἱ τῶν Ιεροσολύμων ἄρχοντες ἐσίγησαν· ἀλλ' αὐτοί τε καὶ Βερνίκη τῷ Κεστίῳ, πρὶ ὧν Φλώρου εἰς τὴν πόλιν παρεμόμησεν, ἔγραφον. ὁ δὲ, τὰ παρ' ἀμφοῖν ἀναγνούς, μετὰ ἡγεμόνων ἐβουλεύετο. καὶ τοῖς μὲν αὐτῷ ἐδόκει, Κέστιον μὴ γράψας ἀναβαίνειν, ἢ τιμωρησόμενον τὴν ἀπόστασιν εἰ γένοιτο, ἢ βεβαιοτέρους καταστήσοντα Ιουδαίους, καὶ συμμένοντας· αὐτῷ δὲ πρεσβεύσαι πρὸ τῶν ἑταίρων τὸν κατανοήσοντα τὰ πράγματα, καὶ τὰ φρονήματα τ Ιουδαίων πιστῶς ἀγγελοῦντα. πέμπει οὖν δή τινα τ χιλιάρχων Νεαπολιτανόν, ὃς, ἀπὸ τ Αλεξανδρείας ὑποστρέψαντι πρὸς τυχὸν Αγρίππᾳ τ βασιλεῖ κατ' Ιάμνειαν, τ πέμψασαν καὶ τὰς αἰτίας ἐδήλωσεν.

De Judæis ad Cestium mentitur Florus.

ALiam autem belli movendi viam comminiscens *Florus*, literas ad Cestium mittebat, quibus falsa de Judæorum defectione ad eum retulit, pugnam illis vitio vertens, dicensque eos eadem ipsa perpetrasse quæ passi sunt. Verumenimvero primores Hierosolymitarum nequaquam tacuerunt: sed & ipsi & Berenice ad Cestium de illis quæ Florus inique egerat literas scripserunt. Ille vero, cum ea legisset quæ ab utrisque acceperat, *de agendis statim* cum ducibus deliberabat. Et quibusdam quidem *factu optimum* videbatur, ut Cestius cum exercitu *eò* ascenderet, à defectoribus, si qui fuissent, pœnas exacturus, aut ut Judæos, etiam quotquot à Romanis starent, confirmatum iret: illi vero *placuit* ut de suis aliquis præmitteretur qui res exploraret, & quo animo essent Judæi fideliter *ei* nunciaret. Quendam igitur è centurionibus mittit Neapolitanum, qui, Agrippæ regi ab Alexandria reverso obviam factus circa Jamniam, *ei* indicavit à quo missus fuerat & quas ob causas. *Neapolitanum ad res Judæorum explorandas mittit Cestius.*

β'. [g]Εἶτα καὶ Ιουδαίων αὖτε ἀρχιερεῖς ἅμα τοῖς δυνατοῖς, καὶ ἡ βουλὴ παρῆν, δεξιωσόμενοι τ βασιλέα. μὴ δὲ τιμῶν εἰς ὀλεῖον ἡγεμονίαν, ἀπωδύροντο τὰς ἑαυτῶν συμφορὰς, καὶ τὴν Φλώρου διεξήεσαν ὠμότητα. πρὸς ἣν ἠγανάκτει μὲ Αγρίππας, σφοδρῶς δὲ τῷ ὀργῇ εἰς ὃς ἠλέει Ιουδαίους μετέφερε, ταπεινῶν αὐτῶν βουλόμενος τὰ φρονήματα, καὶ μὴ δοκεῖν ἀδίκως τι παθεῖν, τῆς ἀμύνης ἀποτρέπων. ὡ μὲν οὖν, ut

2. Ibi Judæorum etiam pontifices cum optimatibus & senatu aderant, ut regi *reduci* gratularentur. Postquam vero sua ei officia præstitissent, suas deplorarunt calamitates, & Flori immanitatem enarrarunt. Quam rem indigne quidem ferebat Agrippa, vafre tamen in Judæos, quorum miserebatur, iram suam transferebat, elatos eorum animos volens deprimere, atque eos à vindictæ studio avertens, quasi nulla iis injuria facta videretur. Et illi quidem, *Jamniæ Agrippam conveniunt Judæorum primores, & de Floro queruntur.*

---

a Καὶ δὴ τινες *Big.* In *Rufini* versione, *conversus quippe adversum eos populus repugnavit, & per tecta evadentes obruebant saxis Romanos.* *b* Δὲ mutavi in δὴ. *c* Alii sic distinguunt, ἀφ' ἧς τ Αντωνίας· ἀναβάντες δὲ, τοὺς σ. atque ita *Rufinus* qui vertit, *Antoniam extemplo ascendentes.* *d* Ita *Bas. & Rhed.* ἐπαφίεσαν in *Editis Aliisque.* *e* Ἀνέστελλε *Rhed.* *f* Ita in *libris* omnibus, tam *Latinis* quam *Græcis.* Nescio unde suum *Politianum* habuerit *Gelenius.* *g* Ita in *MSS.* ἔπειτα δὲ in *Editis.*

Judæi coram Agrippa & Neapolitano suas deplorant calamitates.

ut qui ſortis melioris, quique propter ſua prædia pacem deſiderarent, ſibi conſcii erant benevolentiæ plenam eſſe regis redargutionem. Populus autem ex Hieroſolymis ſexaginta ſtadiis progreſſi, officioſe excipiebant Agrippam & Neapolitanum. ploratus tamen edebant interfectorum conjuges, reliquos præcurrentes; & ad earum ejulatum populus ad lamenta converſi orabant Agrippam ut illis auxilio eſſet; atque ad Neapolitanum vociferabant *quot & quæ paſſi eſſent à Floro, & in urbem ingreſſis oſtendebant forum deſertum & deſolatum domoſque vaſtatas. Deinde per Agrippam ſuadent Neapolitano, ut cum uno tantum famulo ad Siloam uſque totam circuiret civitatem, ut exploratum habeat Judæos aliis quidem omnibus Romanis parere, in ſolum autem Florum animo eſſe infeſto, ob ſummam quam in eos adhibuit crudelitatem. Ille igitur cum urbe* peragrata ſatis perſpectam habuiſſet indolem populi mitem quietamque, in templum aſcendebat. Ibi multitudine convocata, cum verbis plurimis fidem eorum erga Romanos laudaſſet, & multis eos ad pacem conſervandam hortatus eſſet, Deique templum, quantum licebat, veneratus, ad Ceſtium reverſus eſt.

De legatis ad Neronem mittendis cum Agrippa agunt.

3. Judæi autem univerſi ad regem pontificeſque ſe convertebant, & obſecrabant ut ad Neronem mitterentur legati adverſus Florum, minimeque ſuo de tanta cæde ſilentio paterentur ſemet defectionis ſuſpectos eſſe. quippe viſum iri ipſos primum arma ſumpſiſſe, niſi antea oſtenderent quiſnam primus omnium ea ſumpſiſſet. idque præ ſe ferebant, fore ut non quieſcerent, ſi quis legationem impediret. Agrippa autem invidioſum fore exiſtimabat, eos quidem deligere qui Florum accuſaverant: Judæos vero in bellum accenſos inſuper habere haud è re ſua eſſe perſpiciebat. Populo igitur in Xyſtum convocato, conſtitutaque in loco conſpicuo ſorore Berenice, ſuper domum *ſcilicet* Aſamonæorum (illa autem erat ſupra Xyſtum ad extremam urbis ſuperioris partem, Xyſtoque templum pons jungebat) hujuſmodi orationem habuit.

Agrippæ concio ad Judæos, ut eos à bello dehortaretur.

4. "Si quidem viderem vos omnes ad pu- "gnandum cum Romanis incitatos, neque id "velle populi partem puriorem ſinceriorem- "que ut in pace ageret, ad vos nequaquam "prodiiſſem, auſuſve eſſem vobis conſilium "dare. Supervacua quippe de iis quæ fieri "oportet omnis eſt oratio, quando omnes qui "audierint ad deteriora uno ferantur conſen- "ſu. At quoniam aliquibus ætas quidem belli "malorum ignara, aliis autem ſpes libertatis "temere concepta, nonnullis vero quædam "plus habendi cupido ſtimulos admovet, lu- "crumque ſi res turbatæ forent ex imbecillio- "ribus faciendum; quo pacto & ipſi meliora "edocti reſipiſcant, & non ex paucorum im- "probo conſilio damnum capiant, fieri opor- "tere exiſtimavi, ut ad vos omnes eodem con- "gregatos ea dicerem, quæ in rem veſtram "eſſe perſuaſum habeo. Mihi autem *in dicendo* nemo obſtrepat, ſi ea non audierit quæ

ὡς ἂν ὅτι ἔκκριτοι, καὶ ἀφ' [a] τῶν αὐτῶν κτήσεως θαρρυμῶντες εἰρήνῃ, σωίεσαν εὐοϊκλεῖ τὴν ὑπόπληξιν τοῦ Βασιλέως. ὁ δὲ δῆμος ἐκ τῶ Ιεροσολύμων, ὅτι ἑξήκοντα σεσελθὼν σαδίους, ἐδέξιῶτο τὸν Αγρίππαν, καὶ τὸν Νεαπολιτανόν. ἐκώκυον δὲ αἱ τῶν ἀποσφαγμένων γυναῖκες σεσεχθήσαι, καὶ σεὸς τὴν τούτων οἰμωγὴν ὁ δῆμος, εἰς ὀλοφυρμὸς σεσπόμενος, ὑπεκυρεῖν τοῦ Αγρίππα ἱκέτευε· τῷ τε Νεαπολιτανῷ κατεβόων, ὅσα πάθοιεν ὑσὸ Φλώρου, καὶ παρελθοῦσιν εἰς τὴν πόλιν τήν τε ἀγορὰν ἠρημωμένην ὑπεδείκνυον, καὶ σεσορθημένας τὰς οἰκίας. ἔσειτα δ' Αγρίππα σείθουσι τὸν Νεαπολιτανὸν σὺν ἑνὶ θεράποντι σεελθεῖν μέχρι τῆς [b] Σιλοᾶ τὴν σόλιν, ἵνα γνῷ Ιουδαίους τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι Ρωμαίοις ἐσκοσιας, μόνῳ δὲ ἀπεχθανομένους Φλώρῳ δι' ὑσερβολὴν τῆς εἰς αὐτοὺς ὠμότητος. ὁ δὲ, ὡς διοδεύσας σᾶσαν ἔλαβεν ἱκανὴν τῆς σεριόδου αὐτῆς, εἰς τὸ ἱερὸν ἀνέβαινεν. ἔνθα συγκαλέσας τὸ πλῆθος, καὶ σολλὰ μὲν εἰς σίσιν αὐτοῖς τῶν σεὸς Ρωμαίους ἐσαινέσας, σολλὰ δὲ εἰς τὸ τηρεῖν τὴν εἰρήνην σεσσπόμενος, καὶ τοῦ Θεοῦ σεσκυνήσας [c] ὅσον ἐξῆν [d] τὰ ἅγια, σεὸς Κέστιον ἐσανῆκε.

γ'. Τὸ δὲ σλῆθος τῶν Ιουδαίων, ὅτε τὸν Βασιλέα καὶ τοὺς ἀρχιερεῖς σεσπόμενοι, σρέσβεις [e] κατὰ Φλώρου σέμσειν [f] ἠξίουν σεὸς Νέρωνα, καὶ μὴ [g] σιωσήσαντας ὅτι τοσούτῳ φόνῳ καθαλιπεῖν ἑαυτοῖς ὑσόνοιαν ἀσοστάσεως. δόξειν γὰρ αὐτοὺς καταρξαι τῶν ὅσλων, εἰ μὴ φθάσαντες ἐσέξαιντο τῆς καταρξάσης. φανεροὶ δ' ἦσαν οὐκ ἠρεμήσοντες, εἰ τὴν σροσβείαν τις ἀσοκωλύοι. Αγρίππας δὲ τὸ μὲν χειροτονεῖν Φλώρου κατηγόρους ὑσὲφθονον ἐδόκει· τὸ δὲ σέμσειν δὲ Ιουδαίους εἰς σόλεμον ἐκσεσιθέναι, ὑσὲρ αὐτῆς λυσιτελὲς καταφαίνετο. σροσκαλεσάμενος δὴ εἰς τὸν ξυστὸν ὁ σλῆθος, καὶ σαρησάμενος σὺν σεὸς τῇ ἀδελφῇ Βερνίκῃ, ὅτι τῆς Ασαμωναίων οἰκίας, αὕτη γὰρ ἦν ὑσὲρ τῶ ξυστῶ σεὸς τῷ σέρατι τῆς ἄνω σόλεως, καὶ γέφυρα τῷ ξυστῷ ὁ ἱερὸν σωνῆπτεν, ἔλεξε τοιάδε.

δ'. "Εἰ μὲν ἑώρων σάντας ὑμᾶς σολεμεῖν Ρω- "μαίοις ὡρμημένους, καὶ μὴ τῶ δήμῳ τὸ καθαρώτα- "τον καὶ εἰλικρινέστατον εἰρήνῃ ἄγειν σροτρεμένους, οὐτ' "ἂν σαρῆλθον εἰς ὑμᾶς, οὔτε συμβουλεύειν ἐθάρσησα. "σᾶσος γὰρ ὑσὲρ τῶν δέοντα σοιεῖν σᾶς λόγος, ὅταν "ἡ τῶν ἀκουόντων σάντων σρὸς τὸ χεῖρον ὁμοίως ᾖ. "ἐσεὶ δὲ τινας μὲν ἡλικία τῶν σὸ σολέμῳ κακῶν "ἀσείρατος, τινὰς δὲ ἐλσὶς ἀλόγιστος ἐλευθερίας, "οἴους δὲ σλεονεξία τις σαροξύνει, καὶ τὸ σᾶν "τῶν ἀσθενεστέρων, ἐὰν τὰ σράγματα συγχυθῇ, κέρ- "δος· ὅσως αὐτοί τε σωφρονισθέντες μεταβάλοι- "το, καὶ μὴ τῆς οἰκίας κακοβουλίας ὦσι ἀγαθοὶ σα- "ραπολαύσωσιν, ᾠήθην δεῖν ὅτι ὁ αὐτὸ σάντας "ὑμᾶς συναγαγὼν εἰσεῖν ἃ νομίζω συμφέρειν. Θορυ- "βήσει δέ μοι μηδεὶς, ἐὰν μὴ τὰ σρὸς ἡδονὴν "ἀκούσῃ.

a Illud τῶν ἐ Codd. MSS. b Σιλωὰ Bunb. & Rhed. Σιλωὰμ Big. & Gall. c Οὗν ἐξὸν Big. & forſan Ruf. qui vertit, *adoravit Deum ejuſque Sanctia, in eo tamen conſiſtens loco in quo licebat.* d Τὰ ἅγια ſæpiuſcule in Vet. Teſt. pro τὸ ἱερόν. e Ita ex MSS. κατὰ Φλῶρον in Editis. f Ηξίουν Bunb. & Rhed. g Σιωπῶντας Big. σιωπήσαντας Bunb.

a Eſt

"ἀκόη. τοῖς μὲν γὰρ, ἀνηκέστως ὑπὸ τῆς ἐπιφασιν
"ὁρμωμένοις, ἔνεστι, καὶ μετὰ τὴν ἐμὴν παραίνεσιν,
"τὰ αὐτὰ φρονεῖν. ἐμοὶ δὲ ἀφαιρήσει καὶ πρὸς τοὺς
"ἀκούειν ἐθέλοντας ὁ λόγος, ἐὰν μὴ πᾶσι πάντων
"ἡσυχία γένηται. οἶδα μὲν οὖν ὅτι πολλοὶ τὰς ὑπ
"τῶν ἐπιτρόπων ὕβρεις, καὶ τὰ τῆς ἐλευθερίας ἐγκώ-
"μια περιφρήσουσιν. ἐγὼ δὲ, πρὶν ἐξετάζειν τίνες ὑμῖν
"τινες, καὶ τίσιν ὑπάρχετε πολεμεῖν, πρῶτον ἀφαι-
"ρήσω τὴν συμπλοκὴν [a]τῶν προφάσεων. [b]εἰ μὲν
"ἀμύνασθε τοὺς ἀδικοῦντας, τί συμπλέκετε τὴν ἐλευ-
"θερίαν; εἰ δὲ τὸ δουλεύειν ἀφόρητον ἡγεῖσθε, πε-
"ρισσὴ πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἡ μέμψις. καὶ γὰρ ὑπεί-
"κειν μετριάζοντας, αἰσχρὸν ὁμοίως τὸ δουλεύειν. σκο-
"πεῖτε δὲ καὶ καθ' ἕκαστον τούτων, ὡς ἔστι μικρὰ ταῦ
"πολεμεῖν ἡ ὑπόθεσις· καὶ πρῶτά γε τὰ πρὸς ὀπτ-
"πρόπων ἐγκλήματα. θεραπεύειν δὲ οὐκ ἀνθίζειν
"δεῖ τὰς ἐξουσίας. ὅταν δὲ τῶν μικρῶν ἁμαρτημά-
"των τὰς ἐξουσιαστικὰς [c]ποιῆσθε μεγάλας, καθ' ἑαυ-
"τῶν τοὺς ὀνειδιζομένους ἀπελέγχετε· καὶ παρόντες ὃ
"λάθρα καὶ μετ' αἰδοῦς ὑμᾶς βλάπτων, προθύμοις φα-
"νεροῖς. ὑβρὶν δὲ ὅπου ταῖς πληγαῖς, ὡς τὸ φέρειν, ἀνα-
"τέλλει· καὶ τὸ τῶν ἀδικουμένων ἡσύχιον τοῖς ἀδικοῦ-
"σι [d]τῆς διαφορᾶς. φέρε δὴ, εἰ τοὺς Ῥωμαίων ὑπηρέτας
"ἀνηκέστως χαλεπούς· ὅπου Ῥωμαῖοι πάντες ἀδικοῦσιν
"ὑμᾶς, ὑδὲ Καῖσαρ, πρὸς οὓς αἴρεσθε τὸν πόλεμον.
"ὁ γὰρ ἐξ ὑπολήψεως ἦκέ τις πονηρὸς ἀπ' ἐκείνου, ὑ-
"δὲ γε τοὺς ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν ἢ ἀφ' ἑαυτέρας
"ὑπιδεῖν· ἀλλ' ὧδ' ἀκόειν ταχέως τἀντεῦθεν ἐκ-
"ῥᾴδιον. ἄτοπον δὲ, [d]καὶ δι' ἕνα πολλοὺς, καὶ [e]ἀφ'
"μικρᾶς αἰτίας τηλικούτους, καὶ μηδὲ γνώσεσθαι ἀ-
"μεμφόμενα, πολεμεῖν. καὶ τῶν μὲν ἡμετέρων ἐγκλη-
"μάτων ταχεῖαν γένοιτ' ἂν ἡ διόρθωσις. ὅτε γὰρ ὁ αὐ-
"τὸς ἐπίτροπος μενεῖ ἀφ' παντὸς, καὶ τοὺς ἀφ-
"δεξομένους εἰκὸς ἐλεύσεσθαι μετριωτέρους. κινδύ-
"νου δ' ἄπαξ τοῦ πόλεμου ὅτ' ἐπαθέσθαι ῥᾴδιον
"δίκαι συμφορᾶν, ὅτε βαιράσαι. ἀλλὰ μὴν τόγε νῦν
"ἐλευθερίας ἐπιθυμεῖν ἄωρον, δίον ὑπὲρ τοῦ μηδὲ
"ἐπιβαλεῖν αὐτῇ ἀγωνίζεσθαι πρότερον. ἡ γὰρ
"πρώτη τῆς δουλείας χαλεπὴ, καὶ δεῖ τῷ μηδὲ
"ἄρξασθαι ζώντος ὁ ἀγὼν δίκαιος. ὁ δ' ἅπαξ
"χειρωθεὶς, ἔπειτα ἀφιστάμενος, αὐθάδης δοῦλός
"ἐστιν, οὐ φιλελεύθερος. τότε γὰρ οὖν ἐχρῆν πάν-
"του ὑπὲρ τοῦ μὴ δέξασθαι Ῥωμαίους πρώτου, ὅτε
"τὴν ἀρχὴν ἐπέβαινε τῆς χώρας ὁ Πομπήιος.
"ἀλλ' οἱ μὲν ἡμέτεροι πρόγονοι, καὶ οἱ βασι-
"λεῖς [f]αὐτῶν, καὶ χρήμασι καὶ σώμασι καὶ ψυ-
"χαῖς ἄμεινον ὑμῶν πολλῷ ἀφειμένοις, πρὸς μοῖ-
"ραν ἐλάχιστα τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως οὐκ ἀντέ-
"σχον. ὑμεῖς δὲ, οἱ τὸ μὲν ὑπακούειν οὐκ ἀφ-
"δεχῆς παρειληφότες, τοῖς πρόσθεν δὲ τῶν [g]ἀφη-
"κόων ἀκουσάντων τοσοῦτον ἐλαττούμενοι, πρὸς ὅλην

"sibi placeant. Nam his quidem, qui impetu
"effreni ad defectionem rapiuntur, licebit
"etiam post meam adhortationem eadem *quæ*
"*antea* sentire. mea autem etiam ad illos qui
"audire cupiunt oratio non pertinget, nisi ab
"omnibus silentium fiat. Equidem novi quod
"multi & injurias procuratorum exaggerent,
"& libertatis laudes amplificent & augeant.
"Ego autem, priusquam discutiam qui sitis,
"& quos bello aggredimini, prætextus com-
"plicatos disjungam *& evolvam.* Nam si eos
"quidem qui vos injuria afficiunt ultum itis,
"quorsum adeo libertatem extollitis? si vero
"servitutem intolerandam ducitis, superflua
"est adversus præsides querela. nam etsi illi
"moderationem adhibeant, nihilominus turpis
"habetur servitus. Sigillatim autem & ista vo-
"biscum reputate, quam exigua *ex utrisq;* bel-
"lum movendi causa: & primum quod ad ea
"attinet quæ procuratoribus vitio vertitis. Opor-
"tet autem vos *officiis* potestates demereri, non
"*verbis* irritare. At cum leviora delicta illis ut
"gravissima crimina objicitis, * contra vos ipsos
"eos arguitis quibus crimina exprobratis; adeo
"ut non amplius vos clam & verecundia adhi-
"bita lædant, sed palam vastent *& diripiant.*
"Nihil autem plagas ita mitigat, ac ferre eas;
"& injurias patienter accipere, † eas inferenti-
"bus pudorem & moram injicit. Sit ita sane,
"Romanorum ministros adeo molestos esse ut
"ferri nequeant: non tamen Romani omnes
"vos injuria afficiunt, neque ipse Cæsar, ad-
"versus quos bellum suscipitis. Haud enim
"præcipiunt, ut improbus ad vos quisquam ab
"illis mittatur, neque ab occidente ad orien-
"tem possunt oculos conjicere: sed neque fa-
"cile est ut quæ hîc fiunt illic statim audian-
"tur. Est autem absurdum, & propter unum
"cum multis, & propter causas exiguas cum
"tantis, atque ea de quibus queremur nescienti-
"bus, velle confligere. Et erit quidem ut cri-
"minibus, quæ illis exprobramus, cita adhi-
"beatur correctio. Neque enim idem perpe-
"tuo manebit procurator, & verisimile est fore
"ut moderatiores veniant qui ipsi succedant.
"Bellum autem semel motum neque deponere,
"neque sustinere facile est absque calamitati-
"bus. Verumenimvero nunc libertatis desi-
"derio teneri intempestivum est, cum jam an-
"tea oportuerit vos strenue dimicare ne ea
"amitteretur. Servitutem enim experiri du-
"rum est, & justum est certamen ad illius
"jugum repellendum initum. Qui vero se-
"mel subactus postea defecerit, contumax ma-
"gis servus est quam amator libertatis. Tunc
"enim omnia agenda erant, ne Romani ad-
"mitterentur, cum primum in regionem *hanc*
"ingressus est Pompejus. Majores vero no-
"stri, eorumque reges, qui pecunia & corpo-
"ribus & animis multo vobis præstiterunt, exi-
"guæ partis potentiæ Romanæ impetum non
"sustinebant. At vos, quibus hæreditarium est
"obedire *Romanis*, rebus autem omnibus illis
"qui primum paruere tanto inferiores estis,
"*etiam*

a Est forsan qui mallet τῶν προτάσεων. quod τῶν προτάσεων habeamus in nonnullis *MSS.* τῶν αἰτιάσεων *Rhed.* *b* Εἰ μὲν οὖν ἀμ. *Big.* *c* Ποιῆσθε *Big.* *d* Illud καὶ ex *MSS.* *e* Διὰ μικρᾶς αἰτίας *Bunb.* & *Rhed.* *f* Ita *Bunb. Rhed. Big.* & *Raf.* αὐτῶν in *Edit.* *g* Πρῶτον ὑπακούσαντων *Big.* * Ita vertendum, nisi forsan ἐπιλέγχων sit *accusatione liberare*, vel *excusare.* † Forsan melius, *eas inferentes immunes.*

"*etiam* toti Romanorum imperio reſiſtitis. Et
"Athenienſes quidem, qui ob Græcorum liber-
"tatem etiam incendio *patriam* urbem olim
"tradiderunt; qui Xerxem arrogantiſſimum
"per terram navigantem, per mare inceden-
"tem, & qui ne pelago quidem caperetur,
"latiorem vero Europa exercitum duceret,
"una cum nave fugientem perſequuti ſunt, &
"circa parvam Salaminem tantam Aſiæ poten-
"tiam fregerunt, nunc Romanis ſerviunt, & urbi
"*totius* Græciæ dominæ imperat legeſque im-
"ponit Italia. Lacedæmonii quoque, poſt Ther-
"mopylas & Platæas & Ageſilaum qui Aſiam
"perveſtigavit, illis dominis acquieſcunt. Ma-
"cedones etiam, Philippi imaginem adhuc
"intuentes & cum Alexandro terrarum orbis
"imperium ipſis promittentem aſpicientes, fe-
"runt tantam mutationem, eoſq; venerantur ad
"quos fortuna migravit. Quin & aliæ gentes
"innumeræ, majori libertatis fiducia turgen-
"tes, manus *illis* dant. Vos autem ſoli ſervire
"*illis* dedignamini, quorum in poteſtatem
"redacta ſunt omnia. Quibus exercitibus, qui-
"bus freti *eſtis* armis? Ubi vobis claſſis Ro-
"manorum maria occupatura? Ubi theſauri
"ad iſta aggredienda ſuppeditaturi. Num con-
"tra Ægyptios aut Arabas vos bellum movere
"exiſtimatis? Nonne Romanorum imperium
"vobiſcum reputabitis? nonne veſtram metie-
"mini imbecillitatem? nonne vos ſæpe à gen-
"tibus finitimis victi fuiſtis & ſubacti? Illo-
"rum autem vis per totum terrarum orbem
"ſtetit invicta. Immo & quiddam eo am-
"plius ſibimet quæſiverunt. Non enim illis
"ſatis fuit totus Euphrates ad orientem, ne-
"que ad ſeptentrionem Iſter, neque in meridie
"ſolitudine tenus perveſtigata Libya, & ad
"occidentem Gades. Sed ultra oceanum alium
"orbem, & ad Britannos antea incognitos ar-
"ma pertulerunt. Quid ergo? voſne Gallis
"ditiores eſtis, Germanis fortiores, Græcis ſa-
"pientiores, plures toto orbe degentibus? Quid
"veſtra confidentia vos contra Romanos attol-
"lit? Erit *forſan* qui dicet, durum eſt ſervire.
"At quanto magis *durum eſt* Græcis, qui, cum
"omnibus quos ſol aſpicit præſtare videantur
"nobilitate, & amplam adeo regionem occu-
"pent, nunc bis ternis Romanorum faſcibus
"obediunt. Quin & totidem *obſequuntur* Ma-
"cedones, qui certe multo vobis juſtius debe-
"rent libertatem ſibi vendicare. Quid autem
"quingentæ Aſiæ civitates? Nonne abſque
"ullo præſidio unum rectorem faſceſque con-
"ſulares venerantur? Quid memorem He-
"niochos & Colchos & Taurorum gentem,
"Boſphoranos quoque, & Ponti incolas, gen-
"teſque Mæotidis, quæ jam ante ne nativum
"quidem dominum agnoverunt, nunc vero à
"trecentis militibus in obſequio continentur;
"& quadraginta naves longæ innavigabile
"prius mare & immane faciunt ſecurum &
"pacificum. Quam multa pro libertate dice-
"re habentes Bithyni, & Cappadoces, & Pam-

"ἀνθίσασθε τῇ Ρωμαίων ἡγεμονίαι. καὶ Ἀθηναῖοι μέ, [a] οἱ
"μὲν δὴ τὴν Ἑλλήνων ἐλευθερίαν προδόντες ποτὲ καὶ
"πυρὶ τὴν πόλιν, οἱ ὑπερφανον Ξέρξην ἀφ' γῆς
"πλεύσαντα, ἐφ' ἁλὸς ἀλάστως ὁδεύσαντα, καὶ μὴ χω-
"ρήμασι μὲ τοῖς πελάγεσι, πλατυτέραν δὲ τὴν Εὐρώ-
"πην τῶν πεζῶν ἄγοντα, ἁρπάσαντες ὅτι μιᾶς νεὼς
"δίωξαντες, περὶ δὲ τὴν σμικρὰν Σαλαμῖνι τῶν πο-
"σούτων Ἀσίαν κλάσαντες, νῦν δουλεύουσι Ρωμαίοις, ἡ
"τὴν ἡγεμονίδα τῶν Ἑλλάδος πόλιν διοικεῖ τὰ ἀπὸ τῆς
"Ἰταλίας προστάγματα. Λακεδαιμόνιοί τε μὴ Θερ-
"μοπύλας καὶ Πλαταιὰς, καὶ τὴν ἐρημώσαντα τὴν Ἀσίαν
"Ἀγησίλαον, ἀγαπῶσι τοὺς αὐτοὺς δεσπότας. καὶ Μα-
"κεδόνες, ἔτι φαντάζόμενοι Φίλιππον καὶ σοὶ Ἀλεξάν-
"δρῳ [b] προπαίεσθαι αὐτοῖς τὴν τῆς οἰκουμένης ἡγεμονίαν
"ὁρῶντες, φέρουσι τῷ τοσαύτῳ μεταβολῷ, καὶ ὃς
"δὲ μεταβέβηκεν ἡ τύχη προσκυνοῦσιν. ἄλλά τε ἔθνη
"μυρία, πλεῖστα γέμοντα πρὸς ἐλευθερίαν παῤῥη-
"σίας, ἔχει. μόνοι δὲ ὑμεῖς ἀδοξεῖτε δουλεύειν, οἷς
"ὑποτέτακται τὰ πάντα. ποίᾳ στρατιᾷ, ποίοις πο-
"λεμίοις; πῦ μὲν ὁ στόλος [c] ὑμῶν ἁλικὴ-
"σόμενος τοὺς Ρωμαίων θαλάσσας; πῶ δὲ οἱ ταῖς ὁπλι-
"σταῖς ἐξαρκέσοντες θησαυροί; πρὸς Αἰγυπτίους ἆρα
"καὶ πρὸς Ἄραβας οἴεσθε κινεῖν τὸ πόλεμον; ἢ πε-
"πείσθε τὴν Ρωμαίων ἡγεμονίαν; ἢ μετρήσετε τῷ
"ἑαυτῶν ἀνδρείαν; ἢ τὰ μὲ ὑμέτερα πρὸς τὸ πρόσ-
"χων ἐθνῶν ἡτιθῆ πολλάκις; ἢ δὲ ἀκείαν ἰσχὺν ἀφ'
"τῆς οἰκουμένης ἀνίκητος. μᾶλλον δὲ καὶ ζώντης ἐζήτη-
"σάν τι πρέσβ. ἢ γὰ ἐξήρκεσεν αὐτοῖς ὅλος Εὐφράτης
"ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν, οὐδὲ τὸ πρὸς ἄρκτον Ἴστρος, ἢ τὸ
"μεσημβρινὸν μέχρι τῆς ἀοικήτου ἐρημωθεῖσα Λιβύη, καὶ
"Γάδειρα πρὸς ἑσπέραν. ἀλλ' ὑπὲρ ὠκεανὸν ἑτέραν
"ἐζήτησαν οἰκουμένην, καὶ μέχρι τῆς ἀνιστορήτου πρότερον
"Βρεττανῶν διήνεγκαν τὰ ὅπλα. τί οὖν ὑμεῖς, πλουσιώ-
"τεροι Γαλατῶν, ἰσχυρότεροι Γερμανῶν, Ἑλλήνων σοφω-
"τέροι, πλείους τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐστὲ πάν-
"των; τί δ [d] πεποιθὸς ὑμᾶς κτ' Ρωμαίων ἐπαίρει; χα-
"λεπὸν δ' δουλεύειν, ἐρᾷ τις. πόσῳ μᾶλλον Ἕλλησιν, οἷς
"τῶν ὑφ' ἥλιον πάντων εὐγενείᾳ πρωτεύειν δοκοῦντες,
"καὶ τοσαύτην ἡμέραν χώραν, [e] ἐξ Ρωμαίων ὑπεί-
"κουσι ῥάβδοις. τοσαύτας δὲ Μακεδόνες, οἱ δικαίοτε-
"ρον ὑμῶν ὀφείλοντες ἐλευθερίας ἀντιποιεῖσθαι. τί δὲ
"αἱ πεντακόσιαι τῆς Ἀσίας πόλεις; ἓνὶ δίχα φρου-
"ρᾶς ἕνα προσκυνοῦσιν ἡγεμόνα, καὶ τὰς [f] τοσαπλᾶς
"ῥάβδους; τί δῆ λέγειν Ἡνιόχους τε καὶ Κόλχους, καὶ
"τὸ [f] τῶν Ταύρων φῦλον, Βοσπορανούς τε καὶ τοὺς πέρα-
"κα τῆς Πόντου καὶ τῆς Μαιώτιδος ἔθνη, παρ' οἷς
"πρὶν μὲν ὑδὲ οἰκεῖος ἐγινώσκετο δεσπότης, νῦν δὲ
"τρισχιλίοις ὁπλίταις ὑποπίπτουσι, καὶ τετρακόσι-
"αι νῆες μακραὶ τῆ πρὶν ἄπλωτον καὶ ἀχρίαν ἐρημίδυσι
"θαλάσσαν. πόσα Βιθυνία, καὶ Καππαδοκία, καὶ ὁ Παμ-

"φύλιον

a Τπὲρ τ *Buſb.* *b* Ita lego ex conjectura, favente nonnihil *Ruſino*, qui vertit *promittentem*. προπαιέσθαι in *Editis*. προπαιρέσθαι in aliquot *MSS.* *c* Υμῖν *Big.* *d* Ita *Big. Voſſ.* & *Rhed.* πεποιθὼς in *Editis Aliiſque*. *e* Ταῖς Ρωμαίων, & mox ταῖς αὐταῖς *Big.* *f* Illud τῶν è *MSS.*

a Επερα-

"φύλιον ἔθνος, Λύκιοί τε καὶ Κίλικες ὑπὲρ ἐλευθερίας
"ἔχοντες εἰπεῖν, χρεὶς ὅπλων φορολογῶνται; τί δὲ
"Θρᾷκες, οἱ πέντε μὲν εὖρος, ἑπτὰ δὲ μῆκος ἡμερῶν χώ-
"ραν διεληφότες, τραχυτέραν τε καὶ πολλῷ τὴν ὑμε-
"τέραν ὀχυρωτέραν, καὶ βαθεῖ κρυμῷ τὰς [a]ὑπερατεύον-
"τας ἀνακόπτουσαν, οὐχὶ δισχιλίοις Ρωμαίων ὑπακούσι
"φρουροῖς. οἱ δὲ ἀπὸ τούτων Ἰλλυριοὶ τῷ μέχρι Δαλ-
"ματίας [b]ἐκτεινομένῳ [c]τὸ δὲ Ἴστρῳ κατοικοῦντες, οὐ
"δυσὶ μόνοις τάγμασιν ὑπείκουσι, μεθ' ὧν αὐτοὶ τὰς
"Δακῶν ἀνακόπτουσιν ὁρμάς; Οἵ δὲ τοσαυτάκις τοῖς
"ἐλευθερίας ἀναχαιτίσαντες Δαλμάται, [d]οὐ τοῖς τῦ-
"το μόνον ἀεὶ χειρωθέντες ὥστε συλλεξάμενοι τὴν ἰσχὺν πά-
"λιν ἀποστῆναι, νῦν οὐχ ὑφ' ἑνὶ τάγματι Ρωμαίων ἡσυ-
"χίαν ἄγουσιν; Ἀλλὰ μὴν εἴγέ τινας εἰς ἀπόστασιν [e]ὤρει-
"λον ἀφορμὴ μεγάλαι παρεξιέναι, μάλιστα Γαλάτας
"ἐχρῆν, τοὺς ὅπως ὑπὸ τῆ φύσεως τετειχισμένους, ἐξ
"ἀνατολῆς μὲν ταῖς Ἄλπεσι, τοῖς ἄρκτῳ δὲ Ῥήνῳ
"ποταμῷ, μεσημβρινοῖς δὲ τοῖς Πυρρηναίοις ὄρεσιν, ὠκεα-
"νῷ δὲ τοῖς δυσμαῖς. Ἀλλὰ καί τοι τηλικαῦται μὲν
"ἔρκη τοῖς βεβλημένοι, [f]πέντε δὲ καὶ τριακοσίοις πλη-
"θύουσι ἔθνεσι, τὰς δὲ πηγὰς ὡς ἄν τις εἴποι τῆ εὐδαι-
"μονίας ὀπωρείους ἔχοντες, καὶ τοῖς ἀγαθοῖς σχεδὸν ὅλην
"ὑπικλύζοντες τὴν οἰκουμένην, ἀνέχονται Ρωμαίων τοσόσδε
"ὄντες, καὶ ταμιεύόμενοι παρ' αὐτῶν τὴν οἰκείαν εὐδαι-
"μονίαν· οὐ τῦτο ὑπομένουσιν, οὐ δι' [g]φρονημάτων μα-
"λακίαν, οὐδὲ δι' ἀγένειαν, οἵγε διήνεγκαν ὀγδοήκοντα
"ἔτη πόλεμον ὑπὲρ τῆ ἐλευθερίας, ἀλλὰ μὴ τῆ δυνά-
"μεως Ρωμαίων καὶ τῆ τύχης καταπλαγέντες, ἥπερ
"αὐτοῖς κατορθοῖ πλείονα τῶν ὅπλων. τοιγαροῦν ὑπὸ
"χιλίοις καὶ διακοσίοις στρατιώταις διαιτῶνται, ὧν ὀλί-
"γω δεῖν πλείους ἔχουσι πόλεις. οὐδὲ Ἴβηρσιν ὁ μακρο-
"χρόνιος χρυσὸς εἰς τὸν ὑπὲρ τῆ ἐλευθερίας πόλεμον
"ἐξήρκεσεν, οὐδὲ τὸ τοσῦτον ἀπὸ Ρωμαίων γῆς καὶ
"θαλάσσης διάστημα, φῦλά τε Λυσιτανῶν καὶ Καντά-
"βρων ἀρειμάνια, ὑδὲ γείτων ὠκεανὸς φοβερὸν καὶ τοῖς
"ἐπιχωρίοις ἄμπωτιν ἐπάγων· ἀλλ' ὑπὲρ τὰς Ἡρακλείας
"στήλας ἐκτείναντες τὰ ὅπλα, οὐ διὰ νεφῶν ὁδύσαν-
"τες τὰ Πυρρηναῖα ὄρη, καὶ τῦτο ἐδουλώσαντο Ρω-
"μαῖοι. φρυγὰ δὲ ἤρκεσε τῆ ὕπτα δυσμάχη καὶ τοσῦ-
"τον ἀπωκισμένον ἐν τάγμα. τίς ὑμῶν οὐκ ἀκοῇ
"παρείληφε τὸ Γερμανῶν πλῆθος; ἀλλεὶ μὲν γὰρ καὶ
"μεγάθη σωμάτων [h]ἴδοις δ' ἂν πολλάκις, ἐπεὶ παν-
"ταχῆ Ρωμαῖοι τοὺς τύπους αἰχμαλώτους ἔχουσι.
"ἀλλ' ὅτοι, γλῶ μὲν ἄπειροι πειράθημοι, μείζω δὲ τῶν
"σωμάτων ἔχοντες τὰ φρονήματα, καὶ τὴν μὲν [i]ψυ-
"χὴν θανάτῳ καταφρονῆσαι, τὰς δὲ ψυχὰς τῆ ἀχρεω-
"τάτων θηρίων σφοδροτέρους, Ῥῆνον τῆς ὁρμῆς ὅσον ἴσχυ-
"σι, καὶ Ρωμαίων ὀκτὼ τάγμασι δαμαζόμενοι, δυ-

"phyliorum gens, Lycii quoque & Cilices, ar-
"mis non compulsi tributa pendent? Quid
"autem Thraces, qui regionem quinque die-
"rum *itineris* in latitudinem, septem vero
"*dierum* in longitudinem, & asperiorem mul-
"to quam vestra est & longe munitiorem, fri-
"goreque opaco impressionem facientes inhi-
"bentem, nonne duobus millibus Romanorum
"præsidiariis obsequuntur? Illis vero proximi
"Illyrii, regionem ad Dalmatiam usque porre-
"ctam & Istro tenus incolentes, nonne duabus
"solis legionibus parent, quibus & ipsi Daca-
"rum impetus compescunt? Et qui toties pro
"libertate acriter insurrexerunt Dalmatæ, eò
"tantum fere semper victi ut coactis novis
"copiis iterum rebellarent, nonne sub una Ro-
"manorum legione vitam quiete agunt? At
"certe si quos magnæ opportunitates ad defe-
"ctionem incitare deberent, maxime omnium
"Gallos *deficere* oporteret, adeo locorum na-
"tura munitos, ab oriente quidem Alpium sum-
"mitatibus, à septentrione vero Rheno flumi-
"ne, à meridie Pyrenæis montibus, & ab oc-
"cidente oceano. sed quamvis tanta *hostibus*
"opposita & objecta habeant propugnacula,
"ac quinque & trecentis abundent gentibus,
"fontesque (ut dicere liceat) domesticæ felici-
"tatis illis suppetant, & bonis suis orbem fere
"universum irrigent, ferunt nihilominus vecti-
"gales esse Romanorum, suamque felicitatem
"illis acceptam debere: atque hoc patiuntur,
"non ex animi mollitie, neque quod degene-
"res sint, (quippe qui per octoginta annos pro
"libertate pugnaverint) sed Romanorum vir-
"tute obstupefacti, pariter ac fortuna, quæ illis
"plura efficit quam arma. Quocirca sub mille
"& ducentis militibus serviunt, cum illi pro-
"pemodum plures habeant civitates. Neque
"Hispanis in bello pro libertate suscepto *suf-
"fecit aurum è terra effossum, neque tam lon-
"go à Romanis terræ marisque intervallo dis-
"junctio, neque Martiæ Lusitanorum & Can-
"tabrorum gentes, neque vicinus oceanus
"etiam indigenis æstu suo terribilis: sed ultra
"columnas Herculis prolatis armis, & transi-
"tis per nubes Pyrenæis montibus, Romani hos
"quoque subjugarunt. qui, licet expugnatu
"sint difficiles & tam longe distantes, una
"tamen legione coërcentur. Quis vestrum
"non auditione acceperit magnum Germano-
"rum numerum? nam & quantum robore va-
"lent & corporum magnitudine, frequenter
"ut arbitror vidistis, quandoquidem ubique
"gentium Romani ex istis habeant mancipia.
"Sed isti regionem quidem immensam habi-
"tantes, spiritus autem majores corporibus ge-
"rentes, & animam mortis contemptricem,
"iraque feris immanissimis vehementiores,
"Rhenum impetus sui terminum habent, &
"ab octo Romanorum legionibus subacti, ser-
"viunt

a *Ἐπιφανιόντων Big.* b Ita lego pro ἀπονεμομένῳ. nec aliter legisse videtur *Rufinus*, qui vertit, *Post hos Illyrii usque ad Dalmatiam, & Istro tenus incolentes.* c Voculas τὸ δὲ non agnoscit *Big.* Est qui malit ἀντιμεμοιρῶν ἐντὸς Ἴστρου, & sic locum vertit, *ab his sejunctam regionem usque ad Dalmatiam pertingentem cis Istrum incolentes Illyrii.* d Ita legit Cl. *Ibbetsonus*, certissima conjectura. Antea erat, οὐ τοῖς τὸ μέχρι ἀεὶ χειρωθέντες τῦτο συν. etiam in libris omnibus præter *Big.* qui habet μᾶλλον pro μέχρι. Quomodo legerit *Rufinus*, aliis conjiciendum relinquo ex ista versione, *Dalmatæ tam multa pro libertate conati, sæpiusque capti rursum cum majoribus opibus rebellarunt.* e Sic *Big. Bod. Gall.* & *Voss.* ὤφελον in *cæteris.* f *Trecentis & quindecim* in versione *Rufini.* Videsis *Lipsium* ad III. *Annalium Taciti*, p. 89. g Φρονήματος *Voss.* h Ita *Busb.* εἶδες in *reliquis.* i Sic *MSS.* & *Ruf.* τύχῃ perperam in *Edit.* * Sc. ad Romanorum vim arcendam.

"viunt quidem quotquot capti ſunt, gens ve-
"ro omnis *reliqua* fuga ſibi ſalutem quærit.
"Porro & Britannorum murum conſiderate,
"qui Hieroſolymorum muris adeo confiditis.
"Nam & illos oceano circundatos, & inſu-
"lam noſtro terrarum orbe fere non minorem
"habitantes, Romani mari navigato in ſervi-
"tutem redegerunt: quatuorque legiones tan-
"tæ magnitudinis inſulam præſidio tenent.
"Denique quid pluribus, quandoquidem &
"Parthi, genus hominum bellicoſiſſimum, tot
"populis imperantes, & tam magna copiarum
"freti multitudine, obſides Romam mittunt:
"atque videre eſt orientis nobilitatem ſub pa-
"cis ſpecie in Italia ſervientem. Num igitur,
"cum omnes fere quos ſol aſpicit Romano-
"rum arma venerentur, vos ſoli cum illis bel-
"lum geretis? nec ad fatum Carthaginen-
"ſium ſpectantes, qui, de magno illo Hanni-
"bale gloriantes & de genere ſuo nobili ex
"Phœnicibus, Scipionis manui ſuccubuerunt.
"Sed neque Cyrenæi Lacedæmone oriundi,
"neque Marmaridæ, gens ad inaquoſas uſque
"ſolitudines protenſa, neque terribiles etiam
"audientibus Syrtes, Naſamoneſque & Mau-
"ri, & Numidarum multitudo innumerabilis
"virtuti Romanorum obſtiterunt. Tertiam au-
"tem orbis terrarum partem, cujus ne nume-
"rare quidem nationes facile eſt, mari Atlan-
"tico & columnis Herculis terminatam, quæ
"ad mare Rubrum uſq; infinitos alit ſuſtinetq;
"Æthiopas, totam quidem armis ceperunt: &
"præter fruges annuas, quibus pop. Rom. octo
"menſibus veſcitur, alia quoq; omnia pendunt
"vectigalia, & tributis mature ſubveniunt im-
"perii neceſſitatibus, nihil eorum quæ impe-
"rantur ſibi, uti vos exiſtimatis, in contu-
"meliam cedere patantes; quanquam una
"tantum cum illis legio commoratur. Sed
"quid opus eſt exemplis longius petitis Ro-
"manam explicare potentiam, cum eam poſ-
"ſitis ex vicina Ægypto perſpectam habere:
"quæ ad Æthiopas uſque porrecta & Ara-
"biam Felicem, atque Indiæ finitima, *quin-
"quaginta & ſeptingentas hominum myria-
"das alens, *etiam* præter Alexandriæ incolas,
"ut conjicere eſt ex tributo quod in capita
"ſinguli pendunt, Romano imperio ſubjici
"non dedignatur, licet immane quantum ad
"defectionem incitamentum habeat, Alexan-
"driam, propter civium multitudinem & opu-
"lentiam, ne quid de magnitudine *ejus* di-
"cam, quæ triginta ſtadiis in longitudinem pa-
"tet, in latitudinem vero non minus quam
"decem. Uno autem menſe plus tributorum
"Romanis pendet, quam vos anno vertente;
"præterque pecuniam, Romæ quatuor men-
"ſium annonam *ſuppeditat*. Muro autem mu-
"nitur undique aut invia ſolitudine, aut mari
"importuoſo, aut fluviis, aut paludibus. Horum
"vero nihil compertum eſt plus valere quam
"Romanorum fortuna. Duæ autem legiones

"λεύσει μὲν ἁλόντες, ὃ δὲ ὅλοι αὐτῶν ἔθνος φυ-
"γῇ ἁλισκόζεται. σκέψασθε δὲ καὶ τὸ Βρεττανῶν τεῖ-
"χος, ὃ τοῖς Ιεροσολύμων τείχεσι πεποιθότες. καὶ
"γὰρ ἐκείνους περιβεβλημένους ὠκεανὸν, καὶ τῆς καθ'
"ἡμᾶς οἰκουμένης οὐκ ἐλάσσονα νῆσον οἰκοῦντας, πλεύ-
"σαντες ἐδουλώσαντο Ρωμαῖοι· τέσσαρες δὲ τάγματα
"τοσαύτῃ νήσῳ ἀφρουρᾶτε. καὶ τί δεῖ πολ-
"λὰ λέγειν, ὅπου καὶ Πάρθοι, τὸ πολεμικώτατον φῦ-
"λον, τοσούτων ἀρχοντες ἐθνῶν, καὶ τηλικαύτῃ πε-
"ριβεβλημένοι δυνάμει, ὁμήρους πέμπουσι Ρωμαίοις·
"καὶ ἔστι ὅπου τῆς Ιταλίας ἰδεῖν, οὐ εἰρήνης πρό-
"φασει δουλεύουσαν τῇ ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς εὐγέ-
"νειαν. πάντων δὲ σχεδὸν ὅσοι ὑφ' ἥλιον τὰ Ρωμαίων
"ὅπλα προσκυνοῦντων, ὑμεῖς μόνοι πολεμεῖτε; μη-
"δὲ τὸ Καρχηδονίων τέλος σκοπεῖτε, οἳ τὸν μέ-
"γαν αὐχήσαντες Ἀννίβαν, καὶ τῇ ἀπὸ Φοινίκων εὐ-
"γενείᾳ, ἀπὸ τῆς Σκιπίωνος δεξιᾶς ἔπεσον. οὔ-
"τε δὲ Κυρηναῖοι ὁ Λακώνων γένος, οὔτε [a] Μαρ-
"μαρίδαι, τὸ μέχρι τῆς διψάδος ἐκτεταμένοι
"φῦλον, οὐδ' αἱ φοβεραὶ καὶ τοῖς ἀκούσι Σύρτεις,
"Νασαμῶνές τε καὶ Μαῦροι, καὶ τὸ Νομάδων ἄπει-
"ρον πλῆθος, τὰς Ρωμαίων ἀνίκητας ἀρετάς. τὴν
"δὲ τρίτην τῆς οἰκουμένης μοῖραν, ἣν οὐδὲ ἐξα-
"ριθμήσασθαι τὰ ἔθνη ῥᾴδιον, ἐκβαλόμενοι Ατλαντι-
"κῷ τε πελάγει καὶ στήλαις Ηρακλείοις, καὶ μέχρι
"τῆς Ερυθρᾶς θαλάσσης τὰς ἀπείρους νέμουσαν Αἰ-
"θιοπας, ἐχειρώσαντο μὲν ὅλων· χωρὶς δὲ τῶν ἐπι-
"σίων καρπῶν, οἳ μησὶν ὀκτὼ τὸ κατὰ τὸν Ρώμην
"πλῆθος τρέφουσι, καὶ ἔξωθεν παντοίας φορολογῆ-
"σαι, καὶ τοῖς χρείαις τῆς ἡγεμονίας παρέχουσι ἐπό-
"μενοι τὰς εἰσφοράς, οὐδὲν τῶν ὀλιγαρχούντων ἧσσον
"ὑμεῖς ὕβρει ἡγούμενοι, κἀκεῖνος ἐπὶ τάγματι αὐ-
"τοῖς ἑνὶ μείονι. καὶ τί δεῖ πόρρωθεν ὑμῖν ὑπο-
"δεικνύειν τὴν Ρωμαίων δύναμιν, παρὸν ἐξ Αἰγύπτου
"τῆς γειτνιώσης, ἥτις ὀκτακοσίων μέχρις Αἰθιόπων
"καὶ τῆς εὐδαίμονος Αραβίας, ὅμορός τε οὖσα τῆς
"Ινδικῆς, πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἔχουσα
"μυριάδας ἀνθρώπων, δίχα τῆς Αλεξάνδρειαν κατοι-
"κούντων, ὡς ἔνεστιν ὅσα τὸ καθ' ἑκάστην κεφαλὴν εἰσ-
"φορᾶς τιμήεσθαι, τὴν Ρωμαίων ἡγεμονίαν οὐκ ἀδο-
"ritus ad pericula pro libertate subeunda, cun-
"ctos ad defectionem fortius animarunt. Ve-
"rum ista cum ad breve tempus valuissent,
"nosque

a Ita *Big. Vat.* & *Voss.* ἐνεχείρησε in *Editis Aliisque*. *b* Ita *Big.* & *Voss.* ἀφίσασθ in *cæteris*. *c* Ita *Big.* & *Voss.* ὑμῶν in *reliquis*. *d* Sic *MSS.* ἀφ' ἡμῶν in *Editis*. ἀφ' ἡμῶν *Gall*. *e* Ita lego cum Cl. *Lowthio*. Ρωμαίοις in *Editis* & *MSS.* cum *Rufino*, qui vertit, *nobis quam Romanos* [*al. Romanis*] *plus inimicos*. *f* Illud δυνάμεων è *Cod. Big.* & *Voss.* ipse post ὑπῆρξε interrogationis notam posui. Prius erat δυναμένοις, quod sensum commodum non fundit. Ex *Rufini* versione (verbis istis expressa, *as omnibus qui domi cum Romanis bellum susceperе nihil deerat eorum quæ spem totam possent præbere victoriæ*) est qui legendum censet, ἅπαντα τοῦ τοῦ ἐλπίδα νίκης ἰσχυρὰν παρασχεῖν δυνάμενα ὑπῆρξε. *g* Ατρεστον *Big.* & *Voss.*

"nosque ad spem excitassent, majorum malo-
"rum visa sunt principium. Omnia enim ca-
"pta erant, omniaque hostibus succubuerunt,
"quasi ut victoriam illis nobiliorem redderent,
"non in salutem eorum à quibus exstructa
"erant apparata fuissent. Et in prælio qui-
"dem morientes beatos prædicari oportet. li-
"bertatem quippe defendentes,non prodentes,
"interière. Eorum vero multitudinis qui à
"Romanis subjugati erant quis non misere-
"tur? quisve non, antequam eadem patiatur
"ac illi, mori properet? quorum quidam torti
"tamque igne quam verberibus cruciati perie-
"re; alii vero semesi à bestiis, ut illis in vi-
"ctum iterum objicerentur vivi, servati erant,
"ad risum lusumque faciendum hostibus. Et il-
"lorum quidem miserrimi habendi sunt, qui
"adhuc vivunt; quibus mori non accidit,
"quod illis sæpe optatum fuit. Ubi est autem
"illa magna civitas, gentis Judæorum univer-
"sæ metropolis, tantis quidem murorum se-
"ptis munita, tot vero in mœnibus castella &
"magnas turres in propugnacula habens, bel-
"lique apparatum vix capiens, & tot homi-
"num myriadas pro ipsa pugnantium com-
"plectens? Quid de ea factum est, quam
"Deum habitasse credidimus? Radicitus ex
"fundamentis evulsa est, & id solum ejus mo-
"numentum relictum, castra scilicet illorum
"à quibus excisa est jam reliquiis ejus impo-
"sita. Senes vero infelices templi cineribus
"assident, & paucæ mulieres ad turpissimam
"*pudoris* injuriam ab hostibus reservatæ. Hæc
"secum reputans quis nostrûm solem aspicere
"sustinebit, etiamsi vivere sine periculo pos-
"sit? Quis inimicus adeo patriæ, quis tam
"imbellis, aut parcus animæ,ut eum non pœ-
"niteat hucusque vixisse? Atqui utinam omnes
"fuissemus mortui, priusquam illam sacram
"civitatem hostium manibus exscindi videre-
"mus, priusquam templum tanta impietate
"funditus erui. Sed quoniam spes non igno-
"bilis nos lactavit, quod forte poterimus pro
"ea hostes ulcisci, nunc autem evanuit, &
"nos solos subdidit necessitati, pulchre mori
"festinemus: nostrimet ipsi misereamur &
"conjugum & liberorum, dum nobis licet no-
"bismetipsis misericordiam adhibere. Ad mor-
"tem namque ipsi geniti sumus, & quos ex
"nobis genuimus, eamque fugere ne fortunati
"quidem possunt: injuria vero & servitus &
"videre conjuges ad turpitudinem duci cum
"liberis, non est malum hominibus ex naturæ
"necessitate profectum, sed ista præ timidi-
"tate sua perferunt, qui ante eos mori cum li-
"cuit noluere. Nos autem animi fortitudine
"valde elati à Romanis defecimus: & postre-
"mo nunc illis ad salutem hortantibus non pa-
"ruimus. Cui igitur non manifesta est illo-
"rum ira, si nos vivos subjugare potuerint.
"Miserandi quidem adolescentes erunt, quo-
"rum corporis vires ad multos sufficient cru-
"ciatus: miserandi autem provectiores, quo-
"rum ætas calamitates ferre non poterit. Vi-

"ταῖς ἐλπίσιν ἡμᾶς ἐπάρασα, μειζόνων ἀρχὴ κακῶν
"ἐφάνη. πάντα γὰρ ἦλω, καὶ πάντα τοῖς πολεμίοις ὑπέπε-
"σεν, ὥσπερ εἰς τὴν ἐκείνων εὐκλεεστέραν νίκλω, οὐκ εἰς τὴν τῶν
"ἀβδασκευασαμένων σωτηρίαν εὐτρεπισθέντα. καὶ τοὺς
"μὲν ἐν ταῖς μάχαις ἀποθνήσκοντας εὐδαιμονίζειν προσῆ-
"κεν. ἀμυνόμενοι γὰρ καὶ τὴν ἐλευθερίαν ὑπὲρ τεθνήκασι. τὸ δὲ πλῆθος τὸ ὑπὸ Ῥωμαίοις γενομένων τίς
"οὐκ ἂν ἐλεήσειεν; ἢ τίς οὐκ ἂν ἐπιχθείη πρὸ γε τῶν σῶν
"τὰ παθεῖν ἐκείνοις ἀποδανεῖν; ὧν οἱ μὲν προβλήμενοι,
"καὶ πυρὶ καὶ μάστιξιν αἰκιζόμενοι, τεθνήκασιν· οἱ δ' ἀπὸ
"θηρίων ἡμίβρωτοι πρὸς δὲ τέρψιν αὐτοῖς προφλὼ ζῶν-
"τες ἐφυλάχθησαν, γέλωτα καὶ παιδιὰν τοῖς πολεμίοις πα-
"ρασχόντες. ἐκείνων μὲν οὖν ἀθλιώτατοι τῶν ἀπολωλότων
"τοὺς ἔτι ζῶντας, οἳ πολλάκις εὐχόμενοι τὸν θάνατον λα-
"βεῖν οὐκ ἔτυχον. τῶν δ' ἡ μεγάλη πόλις ἡ τοῦ παντὸς Ἰου-
"δαίων γένους μητρόπολις, ἡ τοσούτοις μὲν ἐρυμνὴ τειχῶν
"περιβόλοις, τοσαῦτα δ' αὐτῆς φρούρια καὶ μεγίστη πύρ-
"γων περιβεβλημένη, μόλις δὲ χωροῦσα τοὺς εἰς τὸν πόλε-
"μον παρασκευάς, τοσαύτας δὲ μυριάδας ἀνδρῶν ἔχου-
"σα τὸν ὑπὲρ αὐτῆς μαχομένων; τῶν γέγονεν ἡμῖν ἡ τοῦ
"Θεοῦ ἔχειν οἰκησὶν πεπιστευμένη; προῤῥιζοῦν οὐ βά-
"θρων ἀνήρπασαν, καὶ μόνον αὐτῆς μνημεῖον ὑπολέλοιπαν,
"τὸ τὸν ἀνηρηκότων αὐτὸν στρατόπεδον, ἐπὶ τοῖς λειψάνοις
"ἐποικοῦν. πρεσβύται δὲ δύσηνοι τῇ ταφῇ τῶν τεμένων
"παραλήψονται, καὶ γυναῖκες ὀλίγαι πρὸς ὕβριν αἰχίστην
"ὑπὸ τῶν πολεμίων τετηρημέναι. ζῶντα τίς ὁ νῷ βαλ-
"λόμενος ἡμῶν καρτερήσῃ τὸν ἥλιον ὁρᾶν, καὶ διὰ τί ζῆν
"ἀκινδύνως; τίς ὕστις τὸ πατρίδος ἐχθρὸς, ἢ τίς ὕστις
"ἄνανδρος καὶ φιλόψυχος, ὡς μὴ καὶ πρὸ τῶν μέχρι νῦν
"ζῆσαι μετανοεῖν; ἀλλ' εἴθε πάντες ἐτεθνήκειμεν, πρὶν τὴν
"ἱερὰν ἐκείνην πόλιν χερσὶν ἰδεῖν καθασκαπτομένην πο-
"λεμίων, [b] πρὶν τὸν ναὸν τὸν ἅγιον ὕστις ἀνοσίως ἐξορυγμέ-
"νον. ἐπεὶ δὲ ἡμᾶς οὐκ ἀγεννὴς ἐλπὶς ἐβούλησεν ὡς
"τάχα τῶν δυνήσεσθαι πολεμίους ὑπὲρ αὐτῆς ἀμυνέ-
"σθαι, φρόδον δὲ γέγονε νῦν, καὶ μόνους ἡμᾶς [c] ὅτι τῆς
"ἀνάγκης καταλείπει, αἰσύσομεν καλῶς ἀποθανεῖν·
"ἐλεήσωμεν ἡμᾶς αὐτούς, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὰς γυναῖ-
"κας, ἕως ἡμῖν ἔξεστι πρὸ ἡμῶν αὐτῶν λαβεῖν τὸ ἔλεον.
"ὅτι μὲν γὰρ θάνατον ἐγεννήσαμεν, καὶ τοὺς ἐξ [d] αὐτῶν ἐγεν-
"νήσαμεν, καὶ τοῦτον ὑδὲ τοῖς εὐδαιμονοῦσιν ὅτι ἀφευγεῖν.
"ὕβρις δὲ καὶ δουλεία, καὶ τὸ βλέπειν γυναῖκας εἰς αἰσχύνην
"ἀγομένας μετὰ τέκνων, οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις κακὸν οὐκ
"φύσεως ἀναγκαῖον, ἀλλὰ ζῶντα ἀφεῖ τὴν αὐτῶν [e] δει-
"λείαν ὑπομένουσιν, οἱ παρὸν πρὸ αὐτῶν ἀποθανεῖν μὴ
"θελήσαντες. ἡμεῖς δ' ἐπ' ἀνδρείᾳ μέγα φρονοῦντες Ῥω-
"μαίων ἀπέστημεν, καὶ τὰ τελευταῖα νῦν ὅτι σωτηρίας
"προκαλυμένων ἡμᾶς, οὐχ ὑπηκούσαμεν. τίνι τοίνυν
"οὐκ ἔστιν ὁ θυμὸς αὐτῶν πρόδηλος, εἰ ζώντων ἡμῶν κρα-
"τήσουσιν. ἄθλιοι μὲν οἱ νέοι τὴν ῥώμην τῶν σωμάτων εἰς
"πολλὰς αἰκίας ἀρκέσοντες· ἄθλιοι δ' ὁ παρηκότες,
"φέρειν τὰ ἡλικίας τὰς συμφορὰς οὐ δυναμένης. ὄψε-
"ται

a Eo modo *Vat.* ταῦτα in *cæteris*. *b* Πρὸ τοῦ τὸν *Bod.* *c* Ita *Bod. Vat.* & *Rhed.* ὑπὸ in *Editis Aliisque*. *d* Ita scribendum censui. antea erat αὐτῶν. *e* Δειλίαν pro δουλείαν reposui ex *Codd. Rhed. Vat.* & versione *Rufini*, quæ sic se habet, *sed hec sua timiditate perferunt* &c.

a Διδ-

"τὰ πὸς γυναῖκα τοὺς βίαν ἀγομένην, φωνῆς ἐπακού-
"σῃ τέκνων, πατέρα βοῶντος χεῖρας [a] δεδεμένον· ἀλλ'
"ἔως εἰσὶν ἐλεύθεραι καὶ ξίφος ἔχουσι, καλὴν ὑπουργίαν
"[b] ἡμῖν [c] ὑπουργήσουσαν. ἀδάκρυτοι μὲν οὖν τὸν πολε-
"μίων ἀποθάνωμεν, ἐλεύθεροι δὲ μὴ τέκνων καὶ γυναι-
"κῶν δουλείαν συνεξέλθωμεν. ταῦθ' ἡμᾶς ὁ νόμος κε-
"λεύει, ταῦθ' ἡμᾶς γυναῖκες καὶ παῖδες ἱκετεύουσι. τύ-
"χην τὴν ἀνάγκην Θεὸς ἀπέρριψε, τύχην Ρωμαῖοι τάναν-
"τία θέλουσι, καὶ μή τις ἡμῖν πρὸ τῆς ἁλώσεως ἀποθά-
"νῃ δεδοίκασι. σπεύσωμεν οὖν, ἀντὶ τῆς ἐλπιζομένης αὐ-
"τοῖς καθ' ἡμῶν ἀπολαύσεως, ἔκπληξιν τοῦ θανάτου καὶ
"θαῦμα τῆς τόλμης καταλιπεῖν.

"debit alius conjugem ad vim patiendam ab-
"ductam; alius manibus revinctis vocem filii
"patrem implorantis exaudiet: sed dum li-
"beræ sunt & gladios habent, pulchrum mi-
"nisterium nobis præbeant. Expertes quidem
"servitutis hostium moriamur; in libertate
"vero una cum liberis & conjugibus vita de-
"cedamus. Hæc nobis leges præcipiunt, hæc
"à nobis conjuges ac liberi deprecantur. ho-
"rum necessitatem Deus injecit, his contra-
"ria Romani volunt, & ne quis nostrûm ante
"excidium pereat metuunt. Festinemus igi-
"tur eis, pro sperata potiundi nostri voluptа-
"te, stuporem incutere ex morte, & admira-
"tionem relinquere ex audacia.

λέ'.

ΚΕΦ. λέ'.

Ὅπως οἱ κατὰ τὸ φρούριον πεισθέντες τοῖς λόγοις Ἐλεα-
ζάρου, πλὴν δύο γυναικῶν καὶ παιδίων πέντε, πάντες
ἑαυτοὺς ἀπέσφαξαν.

CAP. IX.

Quomodo ii qui in castello erant, verbis Eleazari persuasi, omnes, præter duas mulieres & quinque pueros, sibi mortem conscivere.

ΕΤΙ γὰρ βουλόμενον αὐτὸν προκαλεῖν πάντες ὑπε-
τέμνοντο, καὶ πρὸς τὴν πρᾶξιν [d] ἦσσον, ἀνεπι-
σχέτῳ τινὸς ὁρμῆς πεπληρωμένοι, καὶ [e] δαιμονῶντες
ἀπῆσαν, ἄλλος [f] πρὸ ἄλλου φθάσαι γλιχόμενος,
καὶ ταύτην ἔνδειξιν εἶναι τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς εὐβουλίας νομί-
ζοντες, ὃ μή τις ἐν ὑστάτοις γενόμενος ὀφθείη. τοσοῦτος
αὐτοῖς γυναικῶν καὶ παιδίων καὶ τοῦ αὐτοῦ σφαγῆς ἔρως ἐνέ-
πεσεν. καὶ μὴν ὅσ' ὥσπερ ἄν τις φήθη τῇ πράξει πρισθέν-
τες ἠμβλυώθησ, ἀλλ' ἀπειρῆ τὴν γνώμην διεφύλαξαν, οἵαν
ἔσχον τῶν λόγων ἀκροώμενοι, ὅτε μὲ οἰκείου καὶ φιλοστόργου πάθους
ἅπασι προσημένοντος, ὅτε λογισμῷ δ' ὡς τὰ κράτιστα βε-
βουλευκότος τοῖς φιλτάτοις ὑπερφατῶντος. ὁμοῦ γὰρ
ἠσπάζοντο γυναῖκας περιπλεκόμενοι, καὶ τέκνα [g] προσυ-
καλίζοντο, τοῖς ὑστάτοις φιλήμασιν ἐμφυόμενοι καὶ δα-
κρύοντες. ὁμοῦ δὲ, καθάπερ ἀλλοτρίαις χερσὶν ὑπουργού-
μενοι, συνετέλουν τὸ βούλευμα· τὴν ὀπίσω ὧν πείσον
κακῶν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις [h] γενόμενοι, προμήθειαν τοῦ
μὴ φθεῖραι ἀνάγκης ἔχοντες. καὶ πῦρ μὲν εἷς τηλικού-
του τολμήματος ἧττων εὑρέθη· πάντες δὲ μιᾷ τὴν οἰκειο-
τάτην διεξῆλθον. ἄθλιοι τῇ ἀνάγκης, οἷς αὐχενεῖ γυ-
ναῖκας τὰς αὐτοῦ καὶ τέκνα κτεῖναι, κακῶν ἔδοξεν εἶναι
τὸ κυφόταλον. ὅτοι δὴ τοίνυν τὴν ὀπὶ τοῖς πεπραγμέ-
νοις ὀδύνην οὐκέτι φέροντες, καὶ τοὺς ἀνῃρημένους νο-
μίζοντες ἀδικεῖν, κἂν βραχὺ αὐτοῖς ἔτι χρόνον ὀπί-
ζησωσι, ταχὺ μὲν τοῦ κτῆσιν ἅπασαν εἰς ταὐτὸ [i] συ-
ρύσαντες πῦρ εἰς αὐτὰ ἐνέβαλλον· κλήρῳ δ' ἐξ
αὐτοῦ ἑλόμενοι δέκα τοὺς ἁπάντων σφαγεῖς ἐσομέ-
νους, καὶ γυναικί τις αὐτὸν καὶ παισὶ κειμένοις περι-
"πτώσας, καὶ τὰς χεῖρας περιβαλών, παρεῖχον ἑτοί-
μους τὰς σφαγάς, τοῖς τοῦ δύσνουν ὑπουργίαν ἐκ-
πλοῦσιν. οἱ δὲ ἀτρέπτως πάντας φονεύσαντες, καὶ αὐ-
τὸν [k] ἐπ' ἀλλήλοις τοῦ κλήρου νόμον ἔθεσαν, ἵν' ὁ λα-
χὼν τοὺς ἑνέα κτείνας ἑαυτὸν ὕστατον ἀνέλῃ. πάντες
ὕστατοι ἐθάρρουν ἑαυτοῖς, μήτ' εἰς τὸ δρᾶν, μήτ' εἰς

IPsum, cum in adhortatione pergere vellet, omnes interpellabant, & effrenato quodam impetu pleni ad rem agendam festinabant, dæmonioque afflati abierunt, alius alium prævenire cupiens, *singuli* hoc fortitudinis rectique consilii argumentum esse apertum existimantes, ne quis inter extremos conspiceretur: tantus eos & conjugum & liberorum & propriæ cædis amor invasit. Sed nec, id quod aliquis putaverit, retundebatur impetus cum ad facinus accederent, sed eam fixam in animis servavere sententiam, quam, cum dicta perciperent, habuerunt: proprio quidem & naturali afflatu cunctis permanente; cogitatione vero ista, quod optime liberis consuluissent, prævalente. Simul enim cum amplexibus uxores salutabant, & liberos ulnis suis excipiebant, osculis extremis cum fletu inhærentes. simulque, tanquam manibus alienis jussa peragentes, volentes eos configebant: malorum, quæ subditi hostibus passuri fuerunt, cogitationem habentes pro solatio necessitatis qua ad cædem adigebantur. Denique nemo inventus est qui tam immane facinus patrare non audebat: cuncti autem conjunctissimos transfixere. Miseri, quibus id necesse erat; quibusque uxores suas atque liberos manibus suis occidere, malorum videbatur esse levissimum. Isti igitur dolorem ex iis quæ perpetrarunt non jam ferentes, & interfectos læsos existimantes, si vel brevissimum tempus eis forent superstites, statim quidem cum opes universas congessissent ignem eis injiciunt: & decem viris sorte delectis à quibus omnes mactarentur, cum singuli se juxta conjuges ac liberos humi jacentes prostravissent, eosque complexibus tenuissent, sine mora jugulum dabant illis, qui miserum ministerium obierunt. Isti autem, intrepide cunctis occisis, eandem sortis legem alii erga alios statuerunt, ut, cui id sorte evenerat, novem *sociis* interfectis semet super omnes occideret. ita omnes sibi confidebant, ut neque in audendo neque in

Finita oratione Eleazari, qua suos ad mutuam cædem stimulat, miro impetu ad facinus feruntur.

Decem electi ad jugulationem omnium.

---

a Διεδμένην *Bod.* *b* Ita cum *Rufino.* antea erat ὑμῖν. *c* Ὑπουργησάτωσαν *Vat.* & *Bod.* *d* Ἡττώμενοι *Big. Vat. Rhod.* & *Voss.* *e* Δαιμονιῶντες *Bod.* *f* Πρὸς ἄλλο *Big. Bod.* & *Voss.* *g* Antea erat προσυγκαλίζοντο. *h* Ita *Big.* & *Voss.* γενόμενοι in *Editis.* *i* Συναθροίσαντες *Zonar.* *k* Ἐπ' ἀλλήλοις *Big.* & *Voss.*

ſuſtinendo facinore alius alii præſtaret. Et ad extremum cæteri quidem jugula ſuppoſuerunt; unus vero iſque noviſſimus, multitudine jacentium circumſpecta, ne quis forte in multa cæde ſupereſſet qui ſuæ manûs egeret, ut intellexit omnes occiſos, regiam incendit, valida vero manu adacto per totum corpus enſe, prope ſuos occidit. Et illi quidem perierunt, nullam credentes animam ex numero ſuo Romanis ſubditam reliquiſſe. Latuit autem una mulier grandæva, & alia quædam Eleazari cognata, doctrina & ſapientia pleriſque mulierum præſtans, & quinque pueri in cuniculis, qui aquam ſub terra potui ducebant, abditi, cum alii cædibus occupatas mentes haberent, qui erant nongenti numero & ſexaginta cum mulieribus ſimul ac pueris. Atque hæc calamitas accidit quintodecimo die Xanthici ménſis.

Perſonæ quæ eædem effugiunt.

Cædes die decimo Aprilis.

2. Romani autem adhuc pugnam exſpectantes, mane, ſub armis exiſtentes, & ab aggeribus ſcalarum pontibus junctis, impetum *in caſtellum* faciebant. Cum autem hoſtium neminem cernerent, ſed circumquaque magnam ſolitudinem, ignemque intus & ſilentium *animadverterent*, illos, quid factum eſſet, conjicere fugiebat; tandemque ululatum, velut ad impulſum arietis, dederunt, ſi quem forte intus provocarent *& elicerent*. Clamorem autem ſenſerunt mulierculæ, atque, è cuniculis emerſæ, factum Romanis ut erat indicarunt, altera earum qualiter omnia dicta erant & quomodo geſta narrante manifeſte. Non tamen facile illi auſcultabant, ausûs magnitudini parum credentes, ignemque exſtinguere conabantur, & per hunc ſecta via cito regiam ingreſſi ſunt. Cumque in cæſorum multitudinem incidiſſent, non ut de hoſtibus gaudio geſtiebant; ſed generoſum *virorum* conſilium inque tot numero, qui intrepidum facinus patrarent, mortis contemptum ſunt admirati.

τὸ παθεῖν, [a] ἄλλοι ἄλλῳ διαφέρειν. ἡ τέλος, οἱ μὲ τὰς σφαγὰς ὑπέθεϱ, ὁ δ' ἐς ἡ τελευταῖος, τὸ πλῆθοϛ τ̃ χειμένων [b] θεαθρήσας, μή τϖ τὶς ἔτι ἐν πολλῷ φόνῳ τ̃ αὐτ̃ λείπεται χειρὸς δέομενοϛ, ὡς ἔγνω πάντας ἀνηρημένους, [c] πῦρ μὲ τοῖς βασιλείοις ἐνίησιν· ἀθρόα δὲ τῇ χειρὶ [d] δι' αὐτ̃ πᾶν ἐλάσας τὸ ξίφοϛ, πλησίον τ̃ οἰκείων κατέπεσε. ἡ οἱ μὲ ἐπιθήκεϱ ὑπεκλοφότες [e] θάδε-μίαν ψυχὴν ἐπιχείριον ἐξ αὐτ̃ Ρωμαίοις καταλιπεῖν. ἔλαθε δὲ γυνὴ φρονίμη [f] ἡ συγγενὶς ἑτέρας τις Ελεαζάρου, φεύγουσ ἡ παιδεία πλείστων γυναικῶν διαφέρουσα, ἡ πέντε παιδία τοῖς ὑπονόμοις, οἳ ποτὸν ἦγον ὕδωρ διὰ γ̃ης, [g] ἐγκαλαχρυβῆναι, τ̃ ἄλλων πρὸς τῇ σφαγῇ τὰς διανοίας ἐχόντων, οἳ τ̃ ἀριθμὸν ἦϱ [h] ἐξήκοντα πρὸς τοῖς ἐνακοσίοις, γυναικῶν ἅμα ἡ [i] παίδων αὐτοῖς συναριθμουμένων. ἡ ὅ πάθος ἐπράχθη, πεντεκαιδεκάτῃ Ξανθικοῦ μηνός.

β'. Οἱ δὲ Ρωμαῖοι, μάχλῳ ἔτι προσδοκῶντες, ὑπὸ λϛ'. τ̃ ἕω διασκευασάμενοι, ἡ τὰς ἀπὸ τ̃ χωμάτων ἐφόδους τοῖς ὑπερείδραις γεφυρώσαντες, προσβολὴν ἐποίουν. βλέποντες δ' οὐδένα τ̃ πολεμίων, ἀλλὰ δεινὴν πανταχόθεν ἐρημίαν, ἡ πῦρ ἔνδον ἡ σιωπήν, ἀπόρως εἶχον ὅ γνόντες συμβαλεῖν· ἡ τέλος [k] ὡς εἰς ἄφεσιν βολῆς ἠλάλαξαν, εἴ τινα τ̃ ἔνδον προκαλέσαιντο. ὑ δὲ βοῆς αἴσθησις ἦλθε τοῖς γυναίοις, καὶ τ̃ ὑπονόμων [l] ἀναδύσασαι, ὅ πε-χθὲν, ὡς εἶχε, πρὸς τοὺς Ρωμαίους ἐμήνυον, πάντα δ' ἐπέρας, ὡς ἐλέχθη καὶ πίνα τρόπον ἐπράχθη, σαφῶς ἐδήλωσαν. ὑ μὲν ῥᾳδίως αὐτῇ προσεῖχον φ̃ μεγέθει τ̃ τολμήματος ἀπιστοῦντες, [m] ἐπεχείρουν τε ὅ πῦρ σβεννύναι, καὶ ταχέως ὁδὸν δι' αὐτ̃ τεμόντες, τ̃ βασιλείων αὐτοὺς ἐγένοντο. καὶ πολλὴν τ̃ περιεμβάντων θαυμαστὴν ἰδόντες, οὐκ ὡς ἐπὶ πολεμίοις παθεῖ· τὴν δὲ γενναιότητα τ̃ βουλεύματος, καὶ τ̃ ἐν τοσούτοις ἄτρεπτον ἐπὶ τ̃ ἔργων ἐθαύμασαν ὑ θανάτ καταφρόνησιν.

XXIX. **CAP. X.** ΚΕΦ. ι'.

Quomodo apud Alexandriam multi ſicariorum, qui eo confugerant, diſcrimen adierunt: propterea templum, illic olim conditum ab Onia pontifice, deſtructum erat.

Οπως καὶ κατὰ τὴν Αλεξάνδρειαν τ̃ σικαρίων συμφυγόντων πολλοὶ μὴ ἐκινδυνεύσαν· κατελύθη ἢ διὰ τοῦτο, καὶ ὁ παρὰ τ̃ ἀρχιερέως Ονίου κτισθεὶς πάλαι ναὸς [n] ἐκεῖσε.

Judæa tota ſubacta & pacata.

FActo autem ad hunc modum excidio, in caſtello quidem præſidium dux relinquit, ipſe vero cum exercitu Cæſaream profectus eſt. Nec enim quiſquam ſupererat in illa regione hoſtium, ſed jam tota ex bello longo fuerat ſubverſa, quod in cauſa erat ut multos, etiam loca procul remota incolentes, perturbatio attingeret ac periculum. Nam & Alexandriæ in Ægypto poſtea accidit, ut multi Judæorum cæderentur. Iſtos enim ex ſicariorum factione, qui illic effugium aſſequi potuerunt, non ſatis erat in tuto eſſe; verum & iterum novas res moliebantur, & multis hoſpitum

Sicarii fuga ſe recipiunt Alexandriam, & illic turbas cient.

Τοιαύτης δὲ τ̃ ἁλώσεως γενομένης, ὅτι μὲ ὅ φρουρεῖν καταλείπει φυλακὴν ὁ στρατηγὸς, αὐτὸς δὲ μετ' τ̃ δυνάμεως ἀπῆλθεν εἰς Καισάρειαν. οὐδὲ γὰ ὑπελείπετό τις τ̃ χώρᾳ τ̃ χώραν πολεμίαν, ἀλλ' ἤδη πᾶσα διὰ μακρ̃ ὅ πολέμου κατέστραπτο, πολλοῖς ἡ τ̃ ἀποτάτω κατοικούντων, αἴσθησιν ἡ κίνδυνον παραχῆς παραγόντος. ἔτι δὲ ἡ περὶ Αλεξάνδρειαν τ̃ ὁ Αἰγύπτῳ, μετ' λζ'. ζῶντα συνέβη πολλοὺς Ιουδαίων ὑποθανεῖν. τοῖς γὰ ἐκ τ̃ σικαρίων τ̃ σικαρίαν ἐκ διαφυγεῖν δυνηθεῖσιν οὐκ ἀπόχρη ὅ σώζεσθ· πάλιν δὲ χαλεπωτέροις ἐπιχείρουν τεχνάσμασι, ἡ πολλοὺς τ̃ ὑπο-

a Ita cum Cl. *Lowthio.* ἄλλως in *libris.* *b* Eo modo *Big. Vat.* & *Zonar.* θεαθρούσας in *Editis Aliiſque.* *c* Ita *Big. Voſſ. Ruf.* & *Zonar.* πῦρ μὲ πολὺ τοῖς in *Editis Aliiſque.* *d* Δι' ἑαυτ̃ *Big. Voſſ.* & *Zonar.* δι' αὐτ̃ in *Editis.* *e* Οὐδὲν ἧσσον ψυχὴν *Big. Vat.* & *Voſſ.* *f* Καὶ τις ἑταίρα *Zonar.* *g* συγγενὶς ἑταῖρά τις *Big.* & *Voſſ.* *g* Ἐγκαταχρυφθῆναι juxta *Zonaram.* Eſt qui τ̃ ἐγκαταχρυφθῆναι legendum cenſet. *h* Διακοσίοις πρὸς ἑξήκοντα *Zonar.* ἑξήκοντα πρὸς τοῖς πεντακοσίοις *Big.* & *Voſ.* *i* Ita cum *Big. Voſſ.* & *Zonara.* παιδίων in *Editis Aliiſque.* *k* Illud ὡς è *Codd. MSS.* *l* Antea erat ἀναδῦσαι. *m* Ita *Big. Vat. Voſſ.* & *Bod.* ἐπεχείρουν in *ceteris.* *n* Quia in Alexandriæ præfectura exſtructum erat templum, forte illud Alexandriæ ſitum dicebant. *Seldenus* in lib. 1. *de Succeſſ. in pontif. Hebr.* p. 161.

a Αὐτῶν

τ̃ ὑποδεξαμένων ἔπειθον τ̀ ἐλευθερίας ἀντιποιεῖσθαι, ἡ Ρωμαίους μ̀ μηδὲν χρήσιμος [a]ἑαυτοῖς ὑπολαμβάνειν, Θεὸν δὲ μόνον ἡγεῖσθαι δεσπότην. ἐπεὶ δ' αὐτοῖς τ̃ ἠκ ἀφανῶν τινες [b]Ιουδαίων ἀντέβαινον, τοὺς μ̀ ἀπέσφαξαν, τοῖς δ' ἄλλοις ἐνέκειντο πρὸς τ̀ ἀπόστασιν προσκαλοῦντες. ὁρῶντες δ' αὐτῶν τ̀ ἀπόνοιαν οἱ πρῶτοι τ̃ γερουσίας, οὐκ ἔτ' ἀσφαλὲς αὐτοῖς ὑπέμενον παρορᾶν, ἀλλὰ πάντας ἀθροίσαντες εἰς ἐκκλησίαν τοὺς Ιουδαίους, ἤλεγχον τ̀ ἀπόνοιαν τ̃ σικαρίων, πάντων αἰτίους ἀποφαίνοντες ἐκείνους τ̃ κακῶν· "ἡ νῦν, ἔφασαν, αὐτοὺς, ἐπεὶ κ̀ ὅδε πεφευγότες τ̃ "σωτηρίας ἐλπίδα βεβαίαν ἔχουσι, γνόντες γ̀ ὑπὸ "Ρωμαίων αὐθις ἀπολεῖσθαι, τ̃ αὐτοῖς προσκαίουσι συμ- "φορᾶς ἀναπιμπλάναι τοὺς μηδενὸς τ̃ ἁμαρτημ[c]άτων μέτο- "χοὺς." φυλάξασθαι τοίνυν τ̀ ἐξ αὐτῶν ὄλεθρον ὃ πλῆθος παρεκέλευον, ἡ τοῖς αὐτοῖς προς Ρωμαίους ἀπολογήσασθαι τῇ τῶν προδόσει. [c]συνιδόντες δὲ ἔ κινδύνου ὄ μέγεθος, ἐπείσθησ τοῖς λεγομένοις, ἡ μ[d] πολλῆς ὁρμῆς ὀπὶ τοὺς σικαρίους [d]ἀίξαντες, συνήρπαζον αὐτούς. τ̃ δ' ἑξακόσιοι μ̀ εὐθὺς ἑάλωσ, ὅσοι δ' εἰς τ̀ Αἴγυπτον ἡ τοὺς ἄλλους Θήβας διέφυγον, ὐκ εἰς μακρὰν συλληφθέντες ἐπανήχθησ. ἐφ' ὧν ὐκ ἔστιν ὅς ἔ τ̃ καρτερίας, ἡ τ̀ εἴτε ἀπόνοιαν εἴτε τ̀ γνώμης τιν ἰσχὺν χρὴ λέγειν, ἔ καταπλάγη. πάσης γ̀ ἐπ' αὐτοὺς βασάνου ἡ λύμης τ̃ σωμάτων ὑπενεθείσης, ἐφ' ἓν τοῦτο μόνον, ὅπως αὐτοῖς Καίσαρα δεσπότην ὁμολογήσωσιν, ἔδ' εἷς ὠδύνησεν, ἔδ' [e]ἐμέλλησεν εἰπεῖν, ἀλλὰ πάντες ὑπερτέρουν τ̀ ἀνάγκης τιν αὐτοῖς γνώμην διεφύλαξαν, ὥσπερ ἀναισθήτοις σώμασι, χαιρούσῃ μονονουχὶ τῇ ψυχῇ τὰς βασάνους καὶ τὸ πῦρ δεχόμενοι. μάλιστα δ' ἡ τ̃ παίδων ἡλικία τοὺς θεατὰς ἐξέπληξεν. ἔδὲ γ̀ ἐκείνων τις ἐξεικάσθη, Καίσαρα δεσπότην ἐξονομάσαι. τοσοῦτον ἄρα τ̃ τοῖς σώμασιν ἀσθενείας, ἡ τ̃ τόλμης ἰσχὺς ἐπικρατεῖ.

Sicariorum in Cæsarem odium.

Β'. Λοῦπος τότε διῴκει τὴν Αλεξάνδρειαν, καὶ περὶ ἕ κινήματος τούτου Καίσαρι τ̀ τάχος ἐπέστειλεν. ὁ δὲ τοῖς Ιουδαίοις τὴν ἀκαταπαυστον ὑφορώμενος νεωτερο- ποιΐαν, καὶ δείσας μὴ πάλιν εἰς ἓν ἀθροοι συλλεγῶσι, καί τινας αὐτοῖς συνεπισπάσωνται, προσέταξε τῷ Λούπῳ ⟨Ω⟩ ἐν τῇ Ονίου [f]καλουμένῃ νεὼν καθελεῖν τοῖς Ιουδαίοις. [g]ὁ δὲ ἔστιν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἀφ' τοιαύτης αἰτίας ᾠκίσθη τε καὶ τὴν ὀπίκλησιν ἔλαβεν. Ονίας [h]Σίμωνος υἱὸς εἰς τοῖς ἐν Ιεροσολύμοις ἀρχιερέων, φεύγων Αντίοχον τῆς Συρίας βασιλέα πολεμοῦντα τοῖς Ιουδαίοις, ἦκεν εἰς Αλεξάνδρειαν. καὶ δεξαμένου Πτολεμαίου φιλοφρόνως αὐτὸν, ἀφ' τοῦ πρὸς Αντίοχον ἀπεχθειαν, ἔφη σύμμαχον αὐτοῦ ποιήσειν τὸ τ̃ Ιουδαίων ἔθνος, εἰ πεισθείη τοῖς ἀφ' αὐτοῦ λεγομένοις. ποιήσειν δὲ τὰ δυνατὰ ἔ βασιλέως ὁμολογήσαντος, ἠξίωσεν ὀπιτρέψαι αὐτῷ, νεών τε τῶν τῆς Αἰγύπτου κατασκευάσασθαι, καὶ

Lupus præses Alexandriæ.

Oniæ templum in Ægypto dirui judet Vespasianus.

2. Lupus tunc Alexandriam administrabat, & hunc motum illico per literas Cæsari significavit. Ille autem Judæos à rebus novis moliendis nunquam cessaturos esse suspicans, veritusque ne rursus in unum congregarentur, & quosdam sibi adjungerent, præcepit Lupo ut †templum Judæorum, in ea regione *exstructum* quæ Oniæ *regio* dicitur, demolitum iret. Illud autem est in Ægypto, & ex hujusmodi causa conditum est nomenque habuit. Onias Simonis filius, unus è pontificibus Hierosolymitanis, fugiens Antiochum regem Syriæ cum Judæis bellum gerentem, Alexandriam venit. Cumque eum humaniter excepisset Ptolemæus, propter suas cum Antiocho inimicitias, ajebat se illi in societatem adjuncturum esse Judæorum gentem, si dictis suis obtemperare vellet. Rege autem confesso, se omnia quæ fieri possunt facturum esse, rogavit ut sibi permitteret in aliqua Ægypti parte templum ædificare, & more

XXX.

Nullis tormentis adigi possunt ut Cæsarem dominum agnoscant.

Puerorum mira pervicacia.

a Αὐτῶν *Big. Vat. Voss. & Bod.* *b* Ιεδαίων *Big. & Voss.* *c* Σωιδόντες δὲ ἔ *Big.* συνιδόντες ἔ κιν. *Vat. & Ruf.* *d* Ita *Big. Vat. Voss. & Zonar.* ἐρεμοῦντες in *cæteris.* *e* Vide Suidam, v. ἐμέλλησεν. *f* Ita lego (pro καλλίωνος) ex *T. Fabro* in *Epp.* parte priori *Ep.* VI. p. 24. quo modo forsan & *Seldenus* qui (in libro *de Success. in Pontif. Hebræorum* l. 1. c. 8. p. 168) vertit *in urbe ab Onia nominata*: nec aliter, ut puto, *Hieronymus* (in *Danielis* c. IX. p. 1125. *Edit. Bened.*) qui ista habet, *ipsa autem urbs quæ vocatur Oniæ &c.* Legi etiam potest (ex *Josepho* p. 621.) ὁ τῇ Ονιου καλουμένῃ χώρᾳ, vel ὁ τῇ Ονιᾳ καλουμένῃ, ut subintelligatur χώρᾳ. vel ὁ τῇ Ονιᾳ Ονιου [aut Ονιεως] καλουμένου &c. *g* Η δὲ *Big. Bod. Vat. Voss. & Ruf.* *h* Rectius forsan Ονιου υἱὸς ut p. 562. atque ita in *Eusebii Chronico*, ubi dicitur ὁ ἔ Ονιου. *Tan. Faber* (in *Epistola* jam laudata) Σίμωνος *Josephi* ἀμφίτομος μυμωνικὸν esse pronunciat. * Tanquam brutis corporibus non animis etiam cruciatus ignemque susciperent, *Ruf.* † Templum Judæorum, quod esset apud Onion (quæ sic appellatur) civitatem destrueret. Hæc autem est in Ægypto &c. *Ruf.*

more patrio Deum colere. ita enim fore ut Judæi ad bellum acrius excitarentur contra Antiochum, qui templum apud Hieroſolyma vaſtaverat, & ad ipſum magis-propenſa voluntate venirent; adeoque multos ex religionis libertate ad ſe colligeret.

Nomus Heliopolites, ubi Memphis.

3. Quibus verbis inductus Ptolemæus, ei regionem concedit centum & octoginta ſtadiis à Memphi diſtantem. Illa autem erat in præfectura quæ dicitur Heliopolitana, ubi Onias, caſtello exſtructo, templum quidem diſpar Hieroſolymitano ædificavit, ſed turri *quidem* non diſſimile, ſaxis ingentibus ad LX cubitos erectum. Fecit autem ut aræ fabrica Hieroſolymitanam referret, & donariis ſimiliter exornavit, præterquam quod lychnuchum non ita fabricavit. Lychnuchum enim non fecit: ſed cum lychnum aureum fabrefeciſſet, *tanquam* jubaris luce radiantem, de aurea catena ſuſpendit. totum vero circa templum ſpatium cocto latere circundedit, ſaxeas portas habente. Sed & rex *ei* permiſit multum agri modum ad pecuniæ reditum, ut ſacerdotibus eſſet copia & Deo multa ſuppeditarentur ad illius cultum *neceſſaria*. Non tamen Onias ſana voluntate hæc faciebat: ſed erat ei, propter fugæ memorem iracundiam, contentio cum Judæis Hieroſolyma habitantibus: atq;, hoc templo ædificato, arbitrabatur ad id *ſe inde* multitudinem eſſe allecturum. Quin & olim fuerat prædictio quædam ante annos *ſexcentos, *vate* cui nomen Eſajas prædicente hujus templi futuram in Ægypto conſtructionem à viro Judæo. Et templum quidem ita fuerat exſtructum.

Oniæ ſcopus in templo exſtruendo non purus.

Eſaiæ vaticinium ab Onia detortum.

4. Lupus autem præſes Alexandriæ, cum literas ab imperatore accepiſſet & ad templum adveniſſet, nonnullis donariis ablatis templum clauſit. Verum, Lupo non multo poſt mortuo, Paulinus, qui ei ſucceſſit in imperio, neque donariorum quicquam reliquit (vehementer enim ſacerdotibus comminatus eſt niſi omnia protuliſſent) neque Deum colere volentibus permiſit ad templum adire: ſed clauſis foribus ipſum omnino inacceſſum fecit, ut ne veſtigium quidem cultûs divini in loco ſupereſſet. Fluxerant *autem*, à templi conditu uſque ad tempus quo clauſum erat, anni CCCXLIII.

Paulinus Alexandriæ præſes poſt Lupum.

τοῖς πατρίοις ἔθεσι θεραπεύειν τὸν Θεόν. ὅπερ δὲ Ἀντιόχῳ μᾶλλον ἐκπολεμώσεσθαι τοὺς Ἰουδαίους, καὶ οἱ Ἱεροσολύμοις νεὼν πεποριηκότι· πρὸς αὐτὸν δ' εὐνοϊκώτερος ἥξειν, καὶ πολλοὺς ἐπ' ἀδικίᾳ τῆς εὐσεβείας ὡς αὐτὸν συλλεγήσεσθαι.

γ'. Πειθεὶς Πτολεμαῖος τοῖς λεγομένοις, δίδωσιν αὐτῷ χώραν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπέχουσαν Μέμφεως. νόμος δ' ἐστὶν Ἡλιουπολίτης καλεῖται, ἔνθα φρούριον κατασκευασάμενος Ὀνίας, οὐ μέγαν ὁμοίως ἀκοδόμησε τῷ ἐν Ἱεροσολύμοις, ἀλλὰ πύργῳ παραπλήσιον, λίθων μεγάλων εἰς ἑξήκοντα πήχεις ἀνεσηκότα. ὃν βωμὸν δὲ τινὰ κατασκευὴν πρὸς τὸν οἶκον ἐξεμιμήσατο, καὶ τοῖς ἀναθήμασιν ὁμοίως ἐκόσμησε, χωρὶς τοῦ περὶ τὴν λυχνίαν κατασκευῆς. ὁ μὲν γὰρ ἐποίησε λυχνίαν· αὐτὸν δὲ χαλκευσάμενος τὸν λύχνον χρυσοῦν ὀπταφαίνοντα σέλας, χρυσῆς ἁλύσεσιν ἐξεκρέμασε. τὸ δὲ τέμενος πᾶν ὀπτῇ πλίνθῳ περιετείχισε, πύλας ἔχοντι λιθίνας. ἀπῆκε δὲ καὶ χώραν πολλὴν ὁ βασιλεὺς εἰς χρημάτων πρόσοδον, ὅπως εἴη καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἀφθονία, καὶ τῷ Θεῷ πολλὰ τὰ πρὸς τὴν εὐσέβειαν. ὁ μὲν Ὀνίας ἐξ ὑγιοῦς γνώμης ταῦτα ἔπραττεν, ἀλλ' ἰδίᾳ αὐτῷ φιλοτιμίᾳ πρὸς τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους, ὀργὴν δὲ φυγῆς ἐπομνημονεύοντι. καὶ τοῦτο ἱερὸν ἐνόμιζε κατασκευάσας εἰς αὐτὸ προσιστάσθαι ἀπ' ἐκείνου τὸ πλῆθος. ἐληλύθει δέ τις καὶ παλαιὰ προφῆτις ἔτεσι πρὸ τούτων ἑξακοσίοις, Ἡσαΐας ὄνομα, τῷ προαγορεύσαντι τοῦδε τοῦ ναοῦ τὸν Αἰγύπτιον γενησόμενον ὑπὸ ἀνδρὸς Ἰουδαίου κατασκευήν. ὁ μὲν οὖν ἱερὸν ὧδε ἐπεποίητο.

δ'. Λοῦπος δ' ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἡγεμών, τὰ παρὰ Καίσαρος λαβὼν γράμματα, καὶ παραγενόμενος εἰς τὸ ἱερόν, καί τινα τῶν ἀναθημάτων ἐκφορήσας, τὸν ναὸν ἀπέκλεισε. Λούπου δὲ μετ' βραχὺ τελευτήσαντος, Παυλῖνος διαδεξάμενος τὴν ἡγεμονίαν, ὅτε τῶν ἀναθημάτων οὐδὲν κατέλιπεν, πολλὰ δὲ διαπείλησε τοῖς ἱερεῦσιν, εἰ μὴ πάντα προκομίσαιεν, ὅτε προσιέναι τε καὶ τιμᾶν τὸν θρησκεύειν βουλομένους ἀφῆκεν· ἀλλ' ἀποκλείσας τὰς πύλας, ἀπρόσιτον αὐτὸ παντελῶς ἐποίησεν, ὡς μηδ' ἴχνος ἔτι τοῦ εἰς Θεὸν θεραπείας οὗ τόπου καταλιπεῖν. χρόνος δὲ ἐστὶν ἐκ τῆς ἀποκλείσεως τοῦ ναοῦ μέχρις τῆς κατασκευῆς ἔτη τριακόσια καὶ τεσσαράκοντα καὶ τριακόσια.

XXXI. **CAP. XI.** **ΚΕΦ. ια'.** λη'.

De Jonatha, uno è ſicariis, apud Cyrenen ſeditioni ſtudente, & ſycophantam agente improbiſſimum.

Περὶ Ἰωνάθου, σικαρίων ἑνός, ἐν Κυρήνῃ στασιάσαντος καὶ συκοφαντοῦντος πονηροτάτου.

Sicarii etiam Cyrenen turbant.

DEmentia vero & furor ſicariorum, veluti morbi contagium, Cyrenen urbeſque circa ipſam invaſit. Nam cum Jonathas, vir improbiſſimus & arte textor, eò evaſiſſet, pauperum & indigentium non pau-

Ἧψατο δὲ καὶ τῆς περὶ Κυρήνην πόλεως ἡ τῶν σικαρίων ἀπόνοια, καθάπερ νόσος. Ἐμπέσων γὰρ εἰς αὐτὴν Ἰωνάθης, πονηρότατος ἄνθρωπος, καὶ τὴν τέχνην ὑφάντης, οὐκ ὀλίγους τῶν ἀπόρων ἀνέπεισε προσέχειν

a Sic in pleriſque *MSS.* ἴξειν in *Editis Aliiſque.* quod ferri poteſt. *b* Ἐπ' αὐτὸν *Voſſ. Vat. Big. & Bod.* ὡς αὐτὸν in *Editis Aliiſque.* *c* Ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ὀγδοήκ. *Big Vat. & Voſſ.* ἐπὶ τοῖς ὀγδοήκοντα σταδίοις *Vat.* *d* Κατ' ὁμοίωσιν τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις &c. p. 562. v. 32. *e* Οἴκειον *Big. & Voſſ* *f* Illud τὸν non agnoſcunt *Big. & Voſſ.* *g* Ἐπιφέροντα *Bod.* *h* Πρὸς τοὺς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους *Bod.* *i* Ita *Big. Voſſ. & Rmf.* καὶ τὸ τὸ ἱερὸν in *Editis Aliiſque.* *k* Ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐξακοσίοις *Bod.* *l* Eſajas (c. 19. v. 18.) ſpirituale Chriſti regnum deſcribens dixerat in Ægyptum uſque propagatum iri. *Cætera videſis apud Jac. Cappellum in Hiſtoria Sacra & Exotica*, p. 616. &c. *Conſer Joſephum ipſum*, l. 13. c. 3. p. 562. *m* Ita *Big & Voſſ.* ἀναθημάτων in *Editis Aliiſque.* *n* Οὐδὲν κατέλειπεν *Voſſ.* οὐδὲν καπλείπετο *Big.* *o* Vero propius *Rufinus* ait ſtetiſſe annos CCCXXXIII. Legendum CCXXXIII. Clauſum eſt enim Veſpaliani juſſu paulo poſt Hieroſolymitanum, circa annum U. C. 824. *Cappellus.* Conſer *Seldenum* in l. 1. *de Succeſſ. in Pontif. Hebr.* c. VIII. * Nongentos ſeptuaginta, *Rmf.*

a Al.

προσέχειν αὐτῷ, καὶ προήγαγεν εἰς τὴν ἔρημον, σημεῖα καὶ φάσματα δείξειν ὑποσχνούμενος. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐλάνθανε ταῦτα διαπραττόμενος καὶ φενακίζων· οἱ δὲ τοῖς ἀξιώμασι πρόσχοντες τὴν ὅπλισιν τοῦ Κυρήνης Ἰουδαίων, τὴν ἔξοδον αὐτοῦ καὶ παρασκευὴν ὡς ὁ Πενταπόλεως Λιβύης ἡγεμόνι [b] Κατύλλῳ προσαγγέλλουσιν. ὁ δ' ἱππέας τε καὶ πεζοὺς ἀποστείλας, ῥᾳδίως ἐκράτησεν ἀνόπλων. καὶ ὃ μὲν πλέον ὑπὸ χειρὸς ἀπώλετο, τινὲς δὲ καὶ ζωγρηθέντες ἀνήχθησαν πρὸς τὸν Κάτυλλον. ὁ δ' ἡγεμὼν τοῦ βουλεύματος Ἰωνάθης, τότε μὲν διέφυγε, πολλὴν δὲ καὶ λίαν ὀπιμελῆ ἀνὰ πᾶσαν τὴν χώραν ζήτησιν ποιουμένης, ἁλοὺς καὶ πρὸς τὸν ἡγεμόνα Κάτυλλον ἀναχθεὶς, ἑαυτῷ μὲν ἐμηχανᾶτο τὴν πεῖραν ἀπαλλαγὴν, τῷ Κατύλλῳ δὲ ἔδωκεν ἀφορμὴν ἀδικημάτων. ὁ μὲν γὰρ τοὺς πλουσιωτάτους τῶν Ἰουδαίων ἔλεγε καταψευδόμενος, διδασκάλους αὐτοῦ τοῦ βουλεύματος γεγονέναι.

λθ'. λοι.

Β'. Περὶ μὲν δὴ τὰς αἰτίας ἐκεῖνος ἐξεδίαζε, καὶ τῷ πράγματι πολὺν ὄγκον περιετίθει, μεγάλα περιφαγῴδῶν, ἵνα δὴ δόξειε καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκὸν πόλεμον κατορθωκέναι. ὃ δὲ δὴ τούτου χαλεπώτερον, [c] πρὸς γὰρ τῷ πιστεύειν ῥᾳδίως, ἔτι καὶ διδάσκαλος ἦν τῶν σικαρίων τῆς ψευδολογίας. κελεύσας γὰρ αὐτὸν ὀνομάσαι τινὰ τῶν Ἰουδαίων Ἀλέξανδρον, ᾧ πάλαι προσκεκρουκὼς φανερὸν ἐξεμαίνετο θυμὸς, τήν τε γυναῖκα τὴν ἐκείνου Βερνίκην ταῖς αἰτίαις [d] συνεμπλέξας, τούτους μὲν πρῶτον ἀνεῖλεν· ὅτι δ' αὐτὸς ἅπασαν τὴν εὐπορίαν χρημάτων διαφέρουσαν, ὁμοῦ τετρακισχιλίους ἐφόνευσεν ἄνδρας. καὶ ταῦτα [e] πράττειν ἐνόμιζεν ἀσφαλῶς, ὅτι τὰς οὐσίας αὐτῶν εἰς τὰς τοῦ Καίσαρος προσόδους ἀνελάμβανεν.

Γ'. Ὅπως δὲ μηδ' ὁμαχῇ τινες τῶν Ἰουδαίων ἐλέγξωσιν αὐτοῦ τὴν ἀδικίαν, πρῤῥωτέρω τοῦ ψεύδους ἐξέτεινε· καὶ πείθει τὸν Ἰωνάθην καὶ τινας τῶν ἅμα ἐκείνῳ [f] συνειλημμένων, νεωτερισμοῦ κατηγορίαν ὑποφέρειν τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τε καὶ Ῥώμῃ τῶν Ἰουδαίων δοκιμωτάτοις. τούτων εἷς τῶν ἐξ Ὑπαίθης [g] αἰτηθέντων ἦν Ἰώσηπος, ὁ ταῦτα συγγεγραφὼς. ὁ μὲν κατ' ἐλπίδα τοῦ Κατύλλου ὁ [h] σκεδασμὸς προεχώρησεν. ἦκεν μὲν γὰρ εἰς τὴν Ῥώμην, τὸν περὶ τὸν Ἰωνάθην ἄγων δεδεμένον, καὶ πέρας ἐπὶ τῆς ἐξετάσεως εἶδε, τὴν ἐπ' αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ γενομένην ψευδολογίαν. Ὑπανασισθοὺς δὲ, ὁ πρᾶγμα ὑποπτεύσας, ἀναζητεῖ τὴν ἀλήθειαν, καὶ γνοὺς [i] ἄδικον τὴν αἰτίαν τοῖς ἀνθρώποις ἐπενηνεγμένην, τὸν μὲν ἀφῆκε τοῦ ἐγκλημάτων Τίτου ἀπολύσαντος, δίκην δ' ἐπέθηκεν Ἰωνάθῃ τὴν προσήκουσαν. ζῶν γὰρ κατεκαύθη, πρότερον αἰκισθείς.

Δ'. Κατύλλῳ δὲ τότε μὲν ὑπῆρξε, διὰ τὴν πραότητα τοῦ αὐτοκρατόρων, μηδὲν πλέον ἐπανορθοῦσθαι καταγνώσεως. Οὐκ εἰς μακρὰν δὲ νόσῳ καταληφθεὶς πολυτρόπῳ καὶ δυσιάτῳ χαλεπῶς [k] ἀπαλλάττει, οὐ τὸ σῶμα μόνον χολαζόμενος, ἀλλ' ἡ τῆς ψυχῆς αὖ νόσος βαρυτέρα. δείμασι γὰρ ἐξεφαντάζετο, καὶ συνεχῶς [l] ἀνεβόα, βλέπειν εἴδωλα τῶν ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένων ἐφεστηκότα· καὶ καλέχειν

cis, ut ipsi se adjungerent, persuasit, & in desertum eduxit, promittens se signa ipsis & apparitiones ostensurum. & alios quidem hæc agendo atque fallendo latebat: qui vero inter Judæos Cyrenenses dignitate præstabant, ejus profectionem & apparatum Catullo Pentapolitanæ Libyæ præsidi annunciant. Ille autem, equitibus & peditibus missis, inermes facile superavit: & major quidem pars manibus interiit, nonnulli autem vivi capti ad Catullum perducti erant. Autor autem consilii Jonathas tunc quidem effugit; multum vero ac diligenter per omnem quæsitus regionem, captus est; adductusque ad Catullum, sibi quidem id confecit ut supplicium effugeret, Catullo autem ansam ad maleficia præbuit. Ille enim Judæorum locupletissimos falso insimulans, auctores sibi hujus consilii illos exstitisse dicebat.

Catullus Pentapolitanæ Libyæ præses.

Jonathas dux sicariorum capitur.

2. Catullus autem calumnias istas alacriter amplectebatur, remque valde cumulabat & adaugebat, tragicis etiam verbis *singula* multum exaggerans, ut scilicet ipse bellum Judaïcum confecisse videretur. Et, quod hoc atrocius est, præter eam credulitatem, sicarios eandem calumniam edocebat. Denique cum hoc ei jussisset, ut Judæum quendam Alexandrum nominaret, (cum quo, olim ei infensus, apertas exercuerat simultates) & uxorem ejus Berenicen criminationibus implicuisset, hos quidem primo occidit; deinde omnes pecuniarum copia pollentes ad tria virorum millia simul trucidavit. & hæc secure facere arbitrabatur, quod eorum patrimonia reditibus Cæsaris adjungeret.

Catulli calumniæ in Judæos.

3. Ne vero vel alibi degentium quisquam Judæorum ejus iniquitatem redargueret, *etiam* longiùs mendacium propagavit: ac Jonathæ, nonnullisque aliis qui cum eo comprehensi fuerant, persuadet, ut novarum rerum accusationem inferrent probatissimis Judæorum apud Alexandriam Romamque degentium. Horum autem, qui insidiosè delati sunt, unus erat Josephus qui hæc scripsit. Non tamen Catullo, ita ut speraverat, cessit machinatio. Nam Romam quidem venit, Jonathan cæterosque vinctos ducens: finemq; arbitrabatur quæstionis esse calumniam apud illum ac per ipsum conflatam. Vespasianus autem, rem suspicatus, in veritatem inquisivit: compertoque injustam hominibus illatam accusationem, illos quidem Titi studio criminibus sibi objectis solvit; pœnam vero, quam commeruit, in Jonatham statuit. Vivus enim exustus est, verberibus ante multatus.

Josephus accusatur conjurationis.

Calumniæ retegunter & Jonathas crematur.

4. Catullo autem tunc quidem ob lenitatem imperatorum contigit, ut nihil amplius reprehensionis experiretur. Verum non multo post, multiplici morbo & insanabili correptus, ægre vita discedit, non corpore tantum cruciatus, sed graviore animi morbo affectus. Terroribus enim exagitabatur & crebro clamabat, se videre umbras eorum quos peremerat sibi obversari: cumque seipsum continere non

Catulli mors & vindicta divina.

a Τέχνα *Zonar.* *b* *Al.* Κατυλῷ. *c* Ita cum *Zonara.* πρὸς γὰρ τῷ in *Editis Aliisque.* *d* Συναλίξας *Big.* *e* Sic *Rufinus* legisse videtur. πράττων in *Græcis* quibus usi sumus. *f* Συνειδότων *Big.* & *Voss.* *g* Αἰτησάντων *Big.* & *Voss.* *h* Σκαμμα *Big.* & *Voss.* *i* Ita *Big.* & *Voss.* ἀδίκως in *Editis Aliisque.* *k* Sic *MSS.* ἀποκάπτει in *Editis*, forsan ἀπηλλάπτετο. *l* Ἐβόα *Big.* & *Voss.*

non potuiſſet, lecto exſiliebat, tanquam tormenta ei adhibita eſſent & ignis. Malo autem continuò valde ingraveſcente, ejuſque inteſtinis per corroſionem defluentibus, ita mortem occubuit, non minus *illuſtre* quam alius quiſquam divinæ in puniendis ſceleſtis providentiæ indicium factus.

Epilogus operis. 5. Hic nobis eſt finis hiſtoriæ, quam cum omni diligentia nos tradituros polliciti ſumus ſcire cupientibus, quemadmodum hoc bellum à Romanis cum Judæis geſtum erat. Et qualis ſit quidem dictio, *qua uſus ſum*, lectorum eſto judicium: de veritate autem confidenter dicere non pigebit, quod hanc ſolam per omnia quæ ſcripſi *mihimet* propoſuerim.

Finis Joſephi excidii Judaïci.

ἑαυτὸν δ' δυνάμενος, [a] ἐξήλλετο δ' εὐτῆς ὡς βασάνων αὐτῷ πυρὸς προσφερομένων. δ' δὲ κακῦ πολλὴ ἀεὶ τ' ὀλίδοσιν λαμβάνοντος, τ' ἐντέρων αὐτῷ τ' διάβρασιν ἐκπιούντων, ὅτως ἀπέθανεν, ὐδενὸς ἧσσον ἑτέρῳ δ' θείας δ' Θεῦ τεκμήριον γενόμενος, ὅτι τοῖς τοιούτοις δίκην ὀφλισάνουσι.

ε'. Εἰρῆσθα δ' ἱστορίας ἡμῖν τὸ τέρας ἔχει, καὶ ἐπαγγελλόμεθα μὲν πάσης ἀκριβείας παραδώσειν τοῖς βουλομένοις μαθεῖν, τίνα τρόπον ὅτε ὁ πόλεμος Ρωμαίοις πρὸς Ιουδαίους ἐπολεμήθη. καὶ πῶς μὲν ἠρξάτο τοῖς ἀναγινωσκομένοις κεῖται ἀπολελείφθω· περὶ δ' ἀληθείας δ' ἂν ὀκνήσαιμι παῤῥησιάζεσθαι λέγειν, ὅτι μόνης ταύτης παρὰ πᾶσαν τὴν γραφὴν ἐσχασάμην.

[b] Τέλος δ' Ιωσήπου Ιουδαϊκῆς ἁλώσεως.

a Ita *Big.* & *Voſſ.* antea erat ἐξήιμαστο. b Τέλος ἁλώσεως *Big.*

Φ Λ.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises ici volontairement.

DISSERTATIO

CL. V.

CHRISTOPHERI CELLARII;

QUA

FLAVII JOSEPHI

DE HERODIBUS HISTORIA

A Νοθείας ſuſpicione contra Gl. V.

JOANNEM HARDUINUM

JUSTIS VINDICIIS ADSERITUR,

ET NUMMIS ANTIQUIS CONCILIATUR.

DE Herodibus diſſerturi principio indicamus, cujus fide in enarratione innitamur. Is *Flavius Joſephus* eſt, Judæorum hiſtoriæ auctor locupletiſſimus; cui tantum antiqui, recentes, & medii tribuerunt, ut nemini hiſtoricorum plus potuerint. Quantum enim eſt, quod Hieronymus illum epiſt. XXII. ad Euſtochium cap. XV. cum optimo comparat, dum *Livium Græcum* appellat? hoc eſt eum, cujus in condenda hiſtoria ingenium, induſtriam, & fidem non minus omnes mirentur, quam T. Livii Patavini, *cujus viſendi cauſa Gaditanum quemdam ab ultimo terrarum orbe veniſſe, ſtatimque, ut viderat, abiiſſe*, cum Plinius lib. II. epiſt. III. tum idem Hieronymus epiſt. CIII. cap. I. referunt. Euſebio, probatiſſimo & ipſi auctori, H. E. lib. III. cap. IX. Joſephus eſt ἄξιος πιστεύεσθαι, *dignus cui fides habeatur*: & ut unum tantummodo ex recentioribus, ſed facile principem, adjungamus, magno Scaligero prolegom. Emend. Temp. idem φιλαλήθεστατος, *veritatis ſtudioſiſſimus* non immerito cenſetur.

II. Quanto igitur laus eſt illuſtrior, ab laudatis viris, non interrupto conſenſu, laudari: tanto major admiratio ſubit, quod clariſſimus vir, & tam Plinio illuſtrato, quam urbium & populorum ex nummis geographia eximiam laudem doctrinæ conſequutus *Joannes Harduinus*, Proluſione Chronologiæ ex nummis reſtitutæ Lutetiæ nuper excuſa, in tantum derogat de Joſephi auctoritate, ut pro inepte ficto & ſuppoſititio auctore habeat, ad id nummorum, ut ait, fide inductus, qui paſſim Flavianis narrationibus in Herodiadum hiſtoria adverſentur. Nos ut omnino magni antiquos nummos facimus, & ex iis multa in hiſtoriis & chronologia emendari cenſemus; ita commoveri nondum poſſumus, ut præ hiſce nummis, quos Harduinus producit, omnis antiquitatis & memoriæ in Joſepho conſenſionem negligamus, aut penitus eluſam illam contemni vel everti patiamur. Quanta igitur fieri induſtria poteſt, doctiſſimi viri nummos & rationes quibus nititur, ita exponemus omnium conſpectui, adjecta veritati conſona interpretatione, ut & nummis genuinis ſua fides, & Joſephi ſimul hiſtoriæ ſua intemerata conſtet auctoritas.

III. Nota eſt Joſephi de Herodum familia traditio à doctis omnibus huc uſque magno conſenſu approbata, & in Antiqua noſtra Hiſtoria, locis ubique ex Joſepho ſignificatis, breviter repetita. Scilicet Herodem, Antipatri filium, illuſtri genere proſelytorum Idumææ ortum, ſummam rerum in Palæſtina à patre acceptam (is autem Cæſari Julio debuerat) Antigoni Haſmonæorum ultimi, quem Parthi juvabant, invaſione amiſiſſe, ſed brevi poſt Antonii ope cum titulo Regis recepiſſe, atque ita ſatis multos annos totam Palæſtinam, quæ inter Syriam, Arabiam & Ægyptum patet, Auguſti Cæſaris auſpiciis, qui confirmaverat regnum, ſevero imperio tenuiſſe. Hujus filium Archelaum, quum IX annos Judææ & Samariæ imperitaſſet Ethnarchæ nomine, in Galliam relegatum eſſe, & ex poſſeſſione ejus provinciam Romanam factam, quam procuratores Cæſaris rexerint: reliquos filios, Herodem Antipam & Philippum, utrumque ſuæ tetrarchiæ præfuiſſe, illum quidem Galilææ & Perææ; hunc Iturææ & Trachonitidi; & hoc mortuo; illo itidem relegato, Agrippam, primi Herodis ex interfecto filio Ariſtobulo nepotem, Claudii Cæſaris favore totum avitum regnum, ſublata provinciæ forma recepiſſe, ſed hoc poſt paucos annos exſtincto Judæam iterum provinciam factam, filium vero, Agrippam minorem, Chalcidenæ regulum, deinde Abilenes & Philippi tetrarchiæ exſtitiſſe.

IV. Ab his diſſentit non una ratione Harduinus. Primum ait, Herodem per Julium Cæſarem ingreſſum dominationem eſſe: nec illum totam Palæſtinam, ſed tantum Judæam & Samariam rexiſſe: in eodemque regno, cum regio etiam titulo, Archelaum patri ſucceſſiſſe: Galilæam autem cum cæteris partibus ſub poteſtate Zenodori tetrarchæ fuiſſe, cui vivo patre, Herodes, Herodis filius, Philippus frater ejus, uterque tetrarcha, ſed diviſa poſſeſſione, ſucceſſerint. Et hunc tetrarcham Herodem, Baptiſtæ interfectorem, non Judæum, nec proſelytum, ſed gentilem, poſtea regem factum, eundem eſſe qui Jacobum ſuſtule-

rit, & Petrum conjecerit in vincula, eumque perperam ſub Agrippæ nomine à tetrarcha diſtingui. Neque Judæam poſtquam ſemel à morte Archelai (nam & hujus exſilium negat) provinciæ formam induerit, unquam rurſus regni habitum, ut Joſephus prodit, recepiſſe. Et quæ reliquæ de hiſce rebus paradoxæ opiniones ſunt. Singula ordinatim examinabimus.

V. Vir celeberrimus de initio dominationis Herodis ita ſentit pag. 24. *Judæa Herodi data eſt hanc, ut nunc videtur, ob cauſſam: Erat Julius Cæſar dictator in magno ære alieno Herodis, ut conjicere eſt ex illa Tullii voce ad Atticum lib.* VI. Epiſt. I. SED HEUS TU! JAMNE A CÆSARE PER HERODEM TALENTA ATTICA QUINQUAGINTA EXTORSISTIS? Mira res, ne dicam, ridicula. Scripta epiſtola in Aſia eſt à ptoconſule Cicerone, quum Cæſar adhuc in Gallia eſſet. Quo pacto igitur ad illum Herodis Idumæi pecunia? qui ante Alexandrinum bellum ne notus quidem Cæſari fuit. Præterea variatis ſcripturis vexatus ita locus eſt, ut quidam non *Herodem*, ſed *Orodem* legant: quidam pro *jamne vos* monſtroſe *Genuarios*; unde ſunt, quæ *Genuævos*, quod nomen Allobrogum civitatis eſt, exſculpant. Quam clarior explicatiorque eſt Joſephi hiſtoria, Antipatrum, Herodis patrem, Hyrcani regis amicum, in Peluſiaca expugnatione, & in prœliis cæteris egregiam Cæſari operam in Ægypto præſtitiſſe, à quo id præmium laboris acceperit, ut Hyrcano regi in gerenda republica adjungeretur, aut ſolus illam adminiſtraret, atque iſte, quod ſimul pontifex erat, rebus ſacris magis quam civilibus præeſſet. Vide Joſeph. lib. I. de Bello cap. XVIII.

VI. Nunc fines regno Herodis conſtituendi ſunt. Patre ſuperſtite præfectus Galilææ erat, unde in amicitiam Sexti Cæſaris, Syriæ proconſulis, venit. Sed patre, Malichi fraude, hoc eſt veneno, ſublato, incidit Antigoni bellum, Parthorum auxilio geſtum, quo Hyrcanus rex captivus abductus, Phaſaëlus, Herodis frater, in carcere ſe interfecit; ipſe Herodes ægre evaſit in Italiam: ubi rex ab ſenatu Romano, Antonii ope, declaratus, aliquamdiu de regno cum Antigono certavit, donec ille Romanis armis & Soſio duce oppreſſus captuſque & ſecuri percuſſus fuit. Sic Herodes in totum regnum Haſmonæorum venit, cujus pars etiam Galilæa & vicinæ regiones erant. Vir contra clariſſimus Jo. Harduinus pag. 24. *Herodis ethnarchiam regiamque poteſtatem ad Judæam tantummodo cum Samaria pertinuiſſe* contendit.

VII. Argumenta, quibus perſuaſus eſt, fere hæc ſunt: primum, quia Lucæ 1. comm. 5. vocetur βασιλεὺς τ῀ Ιυδαίας tantum *Judææ rex*. At ſi arcte ſumitur *Judæa*, neque Samariæ imperitavit, quod contra Harduinum eſt: ſin laxe, tam Galilæam & Peræam, quam Samariam comprehendit. Deinde objicit Archelai ſucceſſionem in his duabus tantum partibus, qui tamen Matth. cap. 2. comm. 22. dicatur ἀντὶ τ῀ πατρὸς, *pro parente ſuo regnaſſe*, quæ formula integram hereditatem à patre filio relictam ſignificet. Verum eſt, ſignificat id, quod vult vir clariſſimus, niſi teſtamentum interveniat, aut ſuperioris domini, qui Auguſtus erat, alia diſpoſitio: quibus duæ tantum ex quatuor regni partibus majori filio ceſſerunt: reliquæ fratribus tetrarchis Antipæ & Philippo. Etiam illud putat, pag. 26. Herodis regnum coarctare, quod nullas urbes in Galilæa, fidei erga Romanos & reverentiæ monimenta, condiderit, ſicut alibi Cæſaream & Sebaſten. At nec in Idumæa condidit, & ſi accurate loquimur, nec in ipſa Judæa, quia Cæſarea, ut ex Act. Apoſt. 12. comm. 19. apparet, extra limitem Judææ fuit. Sufficit aliquibus regni locis condidiſſe: in ſingulis partibus ædificare neceſſarium non erat.

VIII. Tandem illud, tanquam præcipuum urget, quod Herodis temporibus Galilæa Zenodori tetrarchæ fuiſſet, à quo Herodis filii vel adfinitate vel alio titulo acceperint, non autem ex paterna hereditate. Id credit fide nummi unius alteriuſque, qui Octaviani vultum præferant, & in poſtica vultum Zenodori ſine diademate, cum inſcriptione ΖΗΝΟΔΩΡΟΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗ .... ΓΗ ..... & in altero, ΖΗΝΟΔΩΡΟΥ ΤΕΤΡΑΡΧΟΥ .... detritis literis cæteris, ut legi nequeant. Priore annus Græcorum ita expreſſus conſpicitur, L. ΒΠΣ, id eſt CLXXXII. Sed quid inde conficitur ad minuendos Herodiaci regni fines? Joſephus Antiq. Jud. lib. XV. cap. 9. Zenodoro Trachonitidem cum vicinis partibus adſignat, eaſque diſerte à Galilæa diſtinguit, quas. Auguſtus poſt mortem Zenodori donaverit Herodi. Id quod & Dio Caſſius confirmat lib. LIV. pag. 526. ſub urbis annum DCCXXXIV. τῷ Ηρῴδῃ Ζηνοδώρου πλὴν τετραρχίαν ἔδωκεν, *Herodi Zenodori cujuſdam tetrarchiam donavit* Auguſtus. Hæc tetrarchia fere illa erat, quam poſtea Philippus ex paterna hereditate accepit, Paneadem etiam, quod Joſephus addit, complexa: ſed tota extra Galilæam. Hardninus autem p. 30. *Eo*, inquit, *animus ut credam inclinat, Galilææ ſimul tetrarcham fuiſſe* Zenodorum. Quoniam vero nihil præter inclinationem ſuam, hoc eſt conjecturam, adfert; nos potiori jure, id eſt regni Haſmonæi, in quo Herodes ſucceſſit, adſeveramus, extra Zenodori hujus poſſeſſiones Galilæam exſtitiſſe. Quod de *vultu* obvertit, inſueto in nummis Judaicis, contra ipſum auctorem invertimus; quia Galilæa ubique ab Judæis habitata erat, uti pernotum eſt ex evangeliis; nummi vultum præferentes, ut Zenodori ſunt, ad Galilææ dominum non poſſunt pertinere. Unum, antequam ad reliqua pergamus, de Herode non prætereundum eſt, poſt patris mortem, ſed ante bellum Parthicum, *tetrarcham* ab Antonio, quemadmodum & Phaſaëlus frater, conſtitutum fuiſſe, quod Joſephus tradit l. XIV. c. 13. p. 642. Hyrcano autem capto, & exſtincto fratre Phaſaëlo, *ethnarchæ* nomen ſibi uſurpaſſe, quod nos vir illuſtriſſimus & princeps in his literis, *Ezechiel Spanhemius* docet de Præſt. & Uſu Numiſm. pag. 447. producto nummo, cui inſcriptum eſt ΗΡΩΔΟΥ ΕΘΝΑΡ .... quem is pro ſummo judicio ſuo non alium, quam primum Herodem cenſet fuiſſe, antequam regium nomen ab Romanis impetraret.

IX. Nunc de *Archelao* diſquiremus, quem Joſephus ἐθνάρχην, *Ethnarchæ* honores, non regios, ab Auguſto accepiſſe refert l. XVII. Antiq. cap. 13. ipſumque antequam poſſeſſionem Auguſtus confirmaret, φειδομένου τ῀ βασιλείου ὀνόματος, *regio nomine abſtinuiſſe*. (ibidem cap. XI.) quod illud unice à Cæſaris auctoritate & adſenſu penderet. Harduinus autem æque regem, ac patrem, fuiſſe ſibi perſuaſum habet, quia Matth. cap. 2. comm. 22. βασιλεύειν *regnaſſe* dicatur, & in locum patris ſucceſſiſſe. Quis vero neſcit, ſacros ſcriptores ſæpe cum vulgo loqui, cui Judaico præſertim, etiam minores principes *reges* dicuntur, quemadmodum Herodes alter in una eademque hiſtoria à Matthæo cap. XIV ineunte, & Luca cap. IX. comm. 7. recte & ex Romanorum genio & decreto, τετράρχης *tetrarcha*; à Marco autem cap. VI. comm. 14. βασιλεὺς *rex*, populari loquendi modo, appellatur. Succeſſit in locum quidem patris Archelaus, ſed ex parte, quæ ibidem ad Judæam (ὅπου τ῀ Ιυδαίας) reſtricta eſt: non in toto regno: neque in nomen etiam regium, quod non hereditarium erat, ſed Romanorum liberalitate concedendum.

X. In annis etiam Archelai, & exitu non levis eſt diſſenſus. Joſephus ait extremo lib. XVII. Archelaum

δεκάτῳ ἔτει τῆ ἀρχῆς, *decimo principatus anno*, id eſt exacto nono imperii, accuſatum à ſuis & Viennam Galliæ ab Auguſto relegatum eſſe. In re conſentit Dio Caſſius lib. LV. p.567. Ηρώδης ὁ Παλαιστὶνὸς, αἰτίαν πρὸς τῶν ἀδελφῶν λαβὼν, ὑπὸ τὰς Ἄλπεις ὑπερωρίσθη, *Herodes*, inquit, *Palæſtinus à fratribus accuſatus trans Alpes relegatus eſt.* Quod is octavo ante mortem Auguſti anno, qui & Chriſti ætatis ferme octavus erat, contigiſſe, per conſules annorum ſingulorum enumerat. Ex Joſephi autem calculo non ante undecimum annum Chriſti poteſt accidiſſe. Quod Harduino p 38. videtur cum ſacro codice pugnare, quo *Chriſtus dominus dicatur, ante annum ætatis duodecimum, ſingulis annis templum frequentaſſe, id quod poſt annum ætatis fere octavum intelligendum videtur: ut ſaltem per annos quatuor ante id tempus in templum ſe contuliſſe credatur, quod adire Archelao vivo, quem fugerat, noluiſſet.* Quod vix ex Lucæ contextu (cap.II.) probaveris, ubi κατὰ τὸ ἔθος, non ad Chriſtum puerum, ſed ad parentes vel ad feſtos dies eorumque ritus referendum eſt, niſi ex verbis comm.44. νομίσαντες ἐν τῆ συνοδίᾳ εἶναι, quod multi interpretes faciunt, idem velimus colligere. Cui opinioni non repugnamus, nec vero ex eo firmiter, quod Archelaum fugerit, probari credimus, vivente illo in templum non veniſſe. Ex Ægypto reverſi cum puero parentes non tam Archelaum, ut Herodis filium, refugerunt (ſic enim nec ſe filio alteri credidiſſent Galilææ imperanti) ſed proditionem exhabitationis loco in Bethlehemitico agro, timuerunt.

XI. Sed de annis faciliores ſumus, quum numeris, præſertim per notas ſcriptis, perfacile aliquid erroris adlabi poſſit. Nulli genuini nummi, ab Archelao percuſſi, ſuperant, ex quibus decidi controverſia poſſit: id ſolum ex nummo, quem Harduinus oſtendit, clarum probatumque videtur ante annum XXXIX receptæ Aſiæ, ſeu pugnæ Actiacæ ſublatum Archelaum fuiſſe. Is enim nummus *ſpica*, fertilitatis ſymbolo, & *Palma*, Judææ gloria, inſignitus non alius quam KAICAPOC nomen habet, & anni notam ΛΘ, ex quo conjicitur, in Judæa jam provincia cuſum eſſe, non in regno, aut ethnarchia. Quoquo autem anno Archelai imperium ceſſavit, de modo ceſſationis major eſt controverſia. Joſepho is relegatus eſt: Harduino ſine herede obiit. Quod vero, ut ſupra diximus, Joſepho, Dio Caſſius conſentit, qui communi nomine *Herodem* vocat, quem alii *Archelaum*, ut in Antipa quoque & Agrippa conſuevit fieri; huic receptæ ſententiæ eo conſtantius inhæremus, quo propius ad illam etiam Judæi accedunt. Ben Gorion enim cap. LXI. extremo: ויחי מקץ ה׳ ימים עלה על ארקילאום חיל הרומיים ויאסרהו שר ההיל בנחשתים וישלחהו אל רומי וימת שם *Poſt quintum diem* (à ſomnio Archelai) *adſcendit contra Archelaum exercitus Romanorum, cujus dux illum catenis conſtrinxit, miſitque Romam ubi mortuus eſt.* Conſentit auctor in deportatione, licet modi & loci definitione aberret.

XII. Sed graviſſima lis, ut prædiximus, de *Herode* tetrarcha eſt, & *Agrippa* rege, quos diſtinguit Joſephus ut filium Herodis, Baptiſtæ interfectorem, Antipam ſingulari nomine, eundemque tetrarcham Galilææ, non regem, in Galliam à C. Cæſare relegatum: & alterum Agrippam Herodem, Herodis magni ex Ariſtobulo, quem interfecerat, nepotem, à Caio Cæſare tetrarchiis Philippi & Lyſaniæ, ac regio nomine ornatum, poſtea etiam tetrarchia Antipæ à Claudio Judææ quoque & Samariæ regionibus auctum ſed brevis imperii regem, vix tertio Claudii expleto anno fataliter peremptum. Harduino autem unus idemque eſt Herodes longo tempore tetrarcha, tandem etiam rex, atque ſic idem qui Baptiſtam & Jacobum, Joannis fratrem, interfecit. Quam ſententiam nunc noſtrum eſt diligentius examinare.

XIII. Primum in eo Harduinus eſt, ut tetrarcham Herodem, non Judæum, nec proſelytum, ſed gentilem fuiſſe perſuadeat p. 54. ſeq. At vero qui natus eſt Judæo patre, & ea gente oriundus, quæ tota ante nonaginta annos proſelytorum lege Judæis adſcripta fuerat, & qui præfuit genti Judaicæ, ut Galilæi erant: ac quotannis ad ſacra Judæorum profectus Hieroſolymam eſt, & Joannem Baptiſtam libenter audivit; hunc Judæis ritibus initiatum fuiſſe negabimus? Natus is erat Herode rege, Judaiſmi obſervatore, ut præter Joſephum vel ex Auguſti joco apud Macrobium lib. II. Saturn. cap. IV. *Melius eſt Herodis porcum eſſe quam filium*, apparet. Non exſtat in Scripturis ſanctis, tetrarcham hunc regis Herodis filium eſſe, quod Joſephus adfirmat; ſed ſi Joſepho non credemus, evincit vetus inſcriptio, à diligentiſſimo viro Jac. Sponio Miſcell. Erud. Antiq. f. 338. in lucem producta: HPΩΔΗΝ HPΩΔΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΤΙΟΝ ΤΕΤΡΑΡΧΗΝ &c. Nec illa ætate Idumæi, unde Genus Herodes ducebat, proſelyti, ſed Judæi erant, à longo tempore in Judaiſmum recepti, adeo ut Scaliger ad Euſeb. Animadverſ. p. 165. probet, Herodem majorem proſelyti abnepotem exſtitiſſe. Quæ ſatis confirmant, non ita tetrarcham, ut Ἕλλωνες *Græci*, Joann. XII. verſ. 20. quod Harduinus credit, Hieroſolymam ſacrorum cauſſa profectum, ſed tanquam Judæum & Judaica ſacra pleniſſime profeſſum. quod autem p. 56. ex illicito conjugio, cum fratris uxore inito, & ab Joanne improbato, contra Judaïſmum tetrarchæ argumentum petit, nobis plane contrarium videtur; nec dignum, cui multis verbis reſpondeamus.

XIV. Deinde ex nummo & numero annorum tetrarchiæ Joſephum falſitatis incuſat. Is ita ſcalptus Græcis literis eſt: HPΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ. ΜΓ. & in altera facie ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ, ΓΕΡΜ. ΣΕΒ. ſive ut eminentiſſimus vir Hen. Noris, ſingulari diſſertatione *de Nummo Herodis Antipæ*, æri inciſum expreſſit, in anticæ laurea ΓΑΙΩ ΚΑΙΣΑ. ΓΕΡ. .... ΝΙΚΩ: in poſtica circa palmam HPΩΔΗΣ ΤΕΤΡΑΡΧΗΣ, cum anni literis ΜΓ. Ex quo conſtare videtur ſub Caio Caligula XLIII annum tetrarchiæ Herodem egiſſe. Sed nec hoc Joſephi hiſtoriæ repugnat, qui non ſub alio quam Caio principe, relegatum tetrarcham dixit, & poſtremo quidem illius anno. Vide Antiq. Jud. lib. XVIII. cap. 9. Et laudatus Noriſius pro docta ſua computandi ratione ita calculum diſponit, ut hinc XLIII tetrarchiæ annus cum ultimo Caligulæ bene conveniat. Quod ſi vero aliam & vulgarem rationem numerus tetrarchiæ excedere videatur; non inconveniens erit dicere, Antipam à vivo patre, ſeu aliquot ante mortem annis, Galilææ fuiſſe præfectum, ſicut ipſe pater Herodes ab Antipatro parente ſuo, adhuc ſuperſtite & principatum tenente, ut ſupra diximus, eidem Galilææ præpoſitus fuerat. Hæc ſatis tuendo calculo ſunt, ſi utique non alia æra, quam tetrarchiæ acceptæ, intelligenda ſit.

XV. Ad hæc unum eſſe tetrarcham & regem ex communi nomine *Herodis* Harduinus putat, quum Scriptura neque *Antipæ*, neque *Agrippæ*, majoris, nempe, nomen habeat. Sed nihil proficit. Etiamſi enim diſcriminationis nomina, quæ Joſephus pandit, Scriptura non uſurpaverit: habet tamen alios diſcernendi ſatis claros characteres, dum v. gr. Act. XII & XIII, utroque ineunte capite, alterum Herodem *regem*, alterum *tetrarcham* nominat, qui ſane diverſi honores & munia ſunt. Et quoties alii ſcriptores *Antiochos*, *Ptolemæos* nominant, non appoſito, quo differant in-

vicem, ullo cognomine? Juſtinus quidem Martyr. Dial. contra Tryph. p. 330. Herodem quoque Herodis, ſub quo natus Chriſtus eſt, filium, βασιλέα *regem*, vocat, ſed dum βασιλέα Ιυδαίων *Judæorum regem*, & ἀληδοχον *ſucceſſorem patris* appellat, ſatis imperitiam hiſtoricarum rerum prodidit.

XVI. Ad alium itaque nummum p. 48. vir clariſſimus provocat, in quo ſcriptum eſt ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔ..... ΤΑΙΟΣ: & in altera parte ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΤ. Γ, *Rex Herodes Philoclaudius & Claudio Cæſari Auguſto, ann. III.* Quid cogit vero, ut de Herode Herodis filio hæc intelligamus, aut quid impedit, quo minus cum ſummo viro, quem iterum honoris cauſſa nominamus, Ez. Spanhemio, pag. 443. de Agrippa Majore interpretemur? Is ſane, Joſepho teſte lib. XIX extremo, tres annos vixit in aucto ſibi à Claudio regno, in cujus beneficii profeſſionem *Philoclaudius* cenſeri voluit, & aliquot regni ſui urbes, ut Gabam, Tiberiadem, *Claudias* appellavit, quod ſupra laudatus Henricus Noris in Epoch. Syro Maced. pag. 389 & 463 itidem ex nummis declaravit. Quo & illum nummum referendum putamus, quem Lucas Holſteinius, Germanorum quondam inter Italos decus in Steph. Byz. pag. 154 ex Barberina Gaza oſtendit, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔΗΣ, & in averſa. ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΙΣΑΡΙΑ. *Rex Herodes, Claudia Cæſaria.*

XVII. Hic eſt ille Herodes, Joſepho *Agrippa major* cognominatus: cujus mentio facta eſt XII. cap. Apoſtol. Actuum. Quod ſi Joſephi teſtimonium pro more ſpreverit vir doctiſſimus Harduinus; nequaquam tamen contemni licebit antiquiſſimi interpretis Syri ſuffragium, qui, ut omnem ſcrupulum eximeret, non tam interpretem quam paraphraſtam egit, dubitabilem locum cap. XII. comm. I. ſumma perſpicuitate ita interpretatus, ܗܪܘܕܣ ܡܠܟܐ ܗܘ ܕܡܬܟܢܝ ܐܓܪܦܐ *Herodes rex, qui cognominatur Agrippas.* Quid clarius dici potuiſſet, & quidem in tanta antiquitate, qua vix majorem habere poſſumus? Sic omnes codices ferunt, nec quidquam variantis lectionis obſervatum unquam eſt, unde de novitate aut interpolatione conjici fortaſſis poſſit.

XVIII. Quum ergo vir clariſſimus nihil ex nummis adferat, quo recepta ex Joſepho de Herodibus ſententia evertatur; utique in ea perſtantes, Act. XII Herodem Agrippam, Ariſtobuli filium, cui Claudius Cæſar avitum regnum donaverat, intelligendum eſſe cenſemus. Hinc à Tiberio, cui maledixerat, in vincula conjectus, à Caio Cæſare ſolutus & rex tetrarchiæ Philippi & Lyſaniæ factus, poſt tertium annum ab eodem tetrarchæ Herodis poſſeſſionem accepit: mox à Claudio Samariam quoque & Judæam, ut ſic omnem Palæſtinam ſive Iſraëlis terram, per triennium, ad fatalem uſque mortis pœnam, ab Joſepho non minus quam à S. Luca (licet ab illo obſcurius) notatam, poſſederit. Vide Antiq. Jud. lib. XIX extr. & Dion. Caſſ. lib. LIX. p. 645. & LX. p. 670.

XIX. Accedit egregium ab hoſte teſtimonium, Juſto nempe Tiberienſi, Galilæo, cui graves inimicitiæ cum Joſepho æquali ſuo interceſſerunt, nihilominus cum iſto in Herodum diſtinctione conſentiente. Ex ejus chronico Photius Biblioth. cod. XXXIII hæc excerpſit: Ἀρχὴ δ' ἱστορίας ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δ' εἰς τὸν τελευτῆς Ἀγρίππα τοῦ μεγάλου μὲν τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας Ἡρῴδου ὑστάτου δὲ ἐν τοῖς Ἰουδαίοις βασιλεύσαντος, ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ὀκτὼ Κλαυδίου, ηὐξήθη δὲ ὅτι Νέρωνος, καὶ ἔτι μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ. τελευτᾷ δ' ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ. Hoc eſt, in Herodum regnatrice familia ſeptimum ac ultimum fuiſſe Agrippam minorem, qui ſub Claudio regnare cœperit, vita exceſſerit anno tertio Trajani. Bene autem hic numerus cum Joſepho convenit, cui I. eſt *Herodes Magnus*: II. *Archelaus*: III. *Philippus*: IV. *Antipas*: V. *Agrippas major*: VI. *Herodes Chalcidicus*: VII. *Agrippa minor.*

XX. Negat Harduinus Herodem Actuum Apoſtolicorum Judææ imperaſſe, aut provinciam Romanam rurſus regnum fieri potuiſſe. At quot exempla in Aſia ſunt, Ciliciæ, Ponti, Syriæ Commagenæ, ubi, provinciæ formulis abrogatis, regna reſtituta ſunt? Ex Tabulis, Hiſtoriæ Antiquæ noſtræ ſubjectis, omnia clariſſime dilucent. Sed Hieroſolymæ forſan hoſpes fuit, ut tetrarcha Herodes, cui vinctum Servatorem Pilatus ſubmiſit. Apoſtolos itaque tanquam Galilæos, ad Galilææ principem, forte præſentem, procurator Cæſaris remiſit, præſertim in cauſſa non civili, ſed religionis Judaicæ. Ita ſentit & interpretatur ſæpe laudatus Harduinus p. 55. Verum haudquaquam hæc ſufficiunt ad ſenſum Lucæ interpretandum. Si hoſpes tantum fuit; unde poteſtatem ſupplicii in milites præſidis Romani habet, neglectæ cuſtodiæ reos? nam XIX commate ejuſdem capitis, ἐκέλευσε ἀπαχθῆναι, *duci ad ſupplicium* & ſecuri feriri *juſſit*, quod Latini etiam ſimpliciter *duci* dicunt. Plinius de Chriſtianis ad Trajanum epiſtola, *perſeverantes duci juſſi.* Vide quæ ibi adnotavimus. Syrus interpres rurſus perſpicue, ܐܝ ܕܩܛܠ ܠܗܘܢ ܘܦܩܕ ܕܢܬܩܛܠܘܢ *condemnavit illos cuſtodes, & præcepit interfici.* Addo: ſi hoſpes tantum fuit, cur Hieroſolymis Cæſaream diſceſſit, & διατρίβειν *habitavit* ibidem tanquam in regia ſua? Quando autem provincia erat Judæa, non Galilæi principis, ſed præſidis Romani ſedes Cæſarea erat, uti ex Felicis & Feſti hiſtoria longe eſt clariſſimum.

XXI. Ipſe nummus, quo Harduinus gloriatur, inſcriptus ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΦΙΛΟΚΛΑΥΔΙΟΣ *Rex magnus Agrippa Claudii amicus*, pro Joſephi ſententia cum primis facit. Si enim *magnus rex* ille fuit, uti fuit, nummo præferente, omnino ſequi oportet, ut majores poſſeſſiones, quàm geminam tetrarchiam, ab Harduino ipſi tributam, Galilææ & Philippi, (vide pag. 65.) tenuerit, quæ vix *regis* aut *reguli* nomine, ne dicam *magni*, dignæ habebantur. Joſepho autem hic Agrippa amplioris regni, aviti nempe, ſeu totius Palæſtinæ dominus laudatur, à quo minus ambitioſus ille titulus abhorret.

XXII. Diximus ſupra de religione Herodis illius tetrarchæ: à quo diverſum Herodem regem eſſe, Act. XII. memoratum, quum demonſtraverimus, de ejus etiam religione deſpicere nonnullum in hiſtoria pretium erit. Harduinus, cui unus eſt terrarcha & rex, eodem loco negat, qui Jacobum occiderit, Judæum fuiſſe. *Nec proſelytum*, inquit, p. 55. *neque Judæum fuiſſe, Lucas aperte declarat; qui eum non ſtudio religionis impulſum, ſed* QUIA PLACERET JUDÆIS, *bellum Chriſtianis indixiſſe narrat.* Anne vero Judæi non ſunt, qui *Judæis ſtudent placere*? Sic neque Romani fuiſſent, qui *populares* dicebantur effuſis patrimoniis, ut populo placerent, ejus favorem ſibi & ſtudium populi conciliantes: nec ex imperatoribus Romani, qui ob eandem cauſſam *civiliſſime*, ut Eutropius ait, ſeſe in imperio geſſerunt.

XXIII. Hujus Agrippæ frater fuit *Herodes rex Chalcidenſis*, Joſepho auctore lib. II. de Bello Jud. pag. 1071.) cujus nummum Petrus Seguinus, vir hujus ſtudii peritiſſimus, produxit, ita ſignatum in laurea: ΚΛΑΥΔΙΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΤ. Ε. id eſt, *Claudio Cæſari Auguſto anno V.* & in averſa parte, ſenili capiti, & faſcia regali præcincto circumſcriptum: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΗΡΩΔ..... ΤΑΙΟΣ, *Rex Herodes* φιλοκλαύδιος, Harduinus contra pag. 58. *Quid ſi non tantum nullus Herodes Chalcidicus, ſed neque regnum Chalcis ullum fuit?*

Ita

Ita facillime cenſet præjudicio occupatus, falſa omnia eſſe, quæ ex ſola Joſephi hiſtoria promuntur. Hic vero Herodem, Agrippæ fratrem, lib. 19. p. 873. dicit ὁ Χαλκίδος δυναστεύσαντα, *Chalcidis dynaſtam*: & lib. 11. de Bello c. 11. de eodem, ἦρξε ὁ Χαλκίδος, *regnabat in Chalcide*. Immo *rex* à Claudio appellatus in epiſt. apud Joſeph. lib. xx. cap. 1. Momentum quæſtionis ex eo pendet, an quinto Claudii anno ſuperfuerit Herodes Agrippa, quod vero ſimile non eſt, etiam contra Euſebium, qui in Chronicis *quarto* imperii anno interiiſſe dicit, quod laudat & approbat Scaliger Animadverſ. pag. 189. Quid? quod Dio Caſſius, incorrupta fide Auctor, lib. LX. pag. 670. de Claudio Cæſare: ἀδελφῷ μὲν τῷ Ἡρῴδῃ δυναστείαν τινὰ ἔδωκε, *fratri* (majoris Agrippæ) *principatum quemdam dedit*, quem Joſephus lib. XIX. cap. 5. nominatim ſignificat non alium quam *Chalcidicum* fuiſſe. Nondum ergo ſatis rationis eſt, ut ab Joſepho & Euſebio refugiamus, quibus cum bene etiam Dio, ut cognovimus jam, concordat.

XXIV. Filius *Agrippa* ſupereſt in Actibus Apoſtolorum cap. 30. cum ſorore *Berenice* memoratus. Hic Romæ apud Claudium erat ſeptemdecim annorum adoleſcens, quum de morte patris nuntius adferretur. Cui ſucceſſorem hunc Claudius conſtituiſſet, niſi amici admonuiſſent, periculoſum eſſe limitaneum regnum, ut Judaicum erat, puero regi committere. Rurſus itaque in provinciæ formam Judæa cum cæteris Agrippæ poſſeſſionibus redacta, Cuſpio Fado miſſo, qui præſes ordinaret regeretque. Vide Joſephum extremo lib. xx. Negat Harduinus, Judæam iterum provinciam factam, quæ nunquam ceſſaverit, poſtquam ſemel facta ſub Auguſto fuerat. Reſpondimus ſupra ſectione 19. exemplis regionum in Aſia, quæ ex Romanis provinciis regna, & rurſus provinciæ facta fuerant. Nunc Taciti ſuffragium accedat ex lib. v. Hiſt. cap. 9. *Claudius defunctis regibus, aut ad modicum redactis, Judæam provinciam equitibus Romanis aut libertis permiſit.*

XXV. Nec vero Agrippa, Agrippæ filius, regno caruit, ſed id non ſtatim poſt mortem patris conſequutus eſt. Joſephus Scaliger in Euſeb. p. 189. *Non ſtatim, ait, ab obitu patris regnum illi traditum, ſed nomine Cæſaris tamdiu adminiſtratum, quoad Rex tutelæ ſuæ fieret.* Idem paucis interjectis ad Taciti verba annali XII. c. XXIII. ITURAEI ET JUDAEI, DEFUNCTIS REGIBUS SOHEMO ATQUE AGRIPPA, PROVINCIAE SYRIAE ADDITI, *Intelligendum*, inquit, *Ituræos Syriæ perpetuo additos fuiſſe: Judæos autem, quoad Agrippa Junior ad tutelam ſuam perveniret. Sed quinquennio poſt obitum Agrippæ ſenioris hoc contigiſſe quis credat, niſi qui in ratione temporum, & hiſtoria externa, Corn. Tacitum non ſemel, neque leviter peccaſſe meminerit?* Malim aliter ſcripſiſſet vir maximæ dignitatis. Bene enim inter Tacitum atque Joſephum convenit. Mors Agrippæ majoris, ut ſupra ex Joſepho & Euſebio oſtenſum, in annum IV. Claudii incidit. Minor Agrippa, XVII annorum puer, non ſucceſſit patri, cujus regnum provinciæ formam ſubiit, aut Syriacæ provinciæ adjectum fuit. Nono imperii anno ineunte, hoc eſt C. Pompejo & Q. Verannio Coss. in Chalcidico regno, Herodi patruo haud dubie tum morituro, Agrippam, Agrippæ filium, imperator Claudius ſuffecit: ſed quadriennio poſt, hoc eſt imperii ſui duodecimo anno, dempta Chalcide, eidem Philippi & Lyſaniæ tetrarchias, hoc eſt Trachonitidem, Batanæam, & Abilenam donavit, quum interea Judæa, Samaria & Galilæa, ac reliqua ejuſdem juris, à præſide Romano uſque ad excidium urbis regerentur. Vide Joſephum lib. xx. c. 5. &c. Diu præfuit regno ſuo Agrippa, per L annos, ab IX Claudii ad III Trajani, Photius enim patriarcha, Cod. XXXIII Bibliothecæ, ex Juſto Tiberienſi, qui æqualis Joſepho fuit, verbis ſupra adlegatis hæc recenſet: Ἀρχέται δὲ ἱστορίας ἀπὸ Μωσέως, καταλήγει δ' ἕως τελευτῆς Ἀγρίππα τοῦ ἑβδόμου μὲν τοῦ ἀπὸ Ἡρῴδου ὑιέος δὲ ἐν τοῖς Ἰουδαίων βασιλεῦσιν. ὃς παρέλαβε μὲν τὴν ἀρχὴν ὀπὸ Κλαυδίου, αὐξηθὴν ὑπὸ Νέρωνος, καὶ ἔτι μᾶλλον ὑπὸ Οὐεσπασιανοῦ, τελευτᾷ δὲ ἔτει τρίτῳ Τραϊανοῦ. Hoc eſt: *Incipit* (Juſtus) *hiſtoriam à Moſe: deſinit in morte Agrippæ, ſeptimi illius è familia Herodis, & ultimi inter Judæorum reges. Qui regnum ſub Claudio accepit, quod auctum à Nerone eſt, magiſque à Veſpaſiano. Mortuus anno tertio Trajani.* Multa numiſmata hujus regis ſuperſunt cum Veſpaſiani, Titi, Domitiani iconibus percuſſa, quæ ſummus patronus noſter Ez. Spanhemius de Præſt. & Uſu numiſm. p. 864. oſtendit, quorum illud, quod cum Veſpaſiani effigie eſt, in poſtica habet ETOT KΘ. BA. ΑΓΡΙΠΠΑ *anno* XXIX *regis Agrippa*, quod ſatis argumentum eſt longævæ dominationis.

XXVI. Hæc de Herodibus eorumque ordine & ſucceſſione. Quod reliquum eorum eſt, quæ contra Joſephum Harduinus urget, nunc vindicandum nobis ſumimus. Cujus fidem ille ut omnibus ſuſpectam faciat, primum objicit, *Antipæ* nomen, quod Joſepho debemus, in nummis & inſcriptione ſupra n. XIII. adducta non apparere. At vero ſi valeret, etiam *Archelai* nomen ſuſpectum foret, quod, ut ipſe Harduinus fatetur, in nummis non occurrit, & pro illo *Herodes* apud Caſſium invenitur. Quale autem ſit *Antipæ* nomen, Gorionides cap. 63. ineunte oſtendit. qui אנטיפטר, *Antipatrum*, Græco nomine appellat, ex quo fit *Antipas*, ſicut ex Harpocrates *Harpocras* apud Plinium lib. x. epiſt. v. Pergit Harduinus Joſepho falſitatem objicere, dum Herodem Antipam modo in Galliam, modo in Hiſpaniam relegatum dicat. Sed & hæc perfacile conciliari poſſunt, quum in Galliam primum, deinde ut gravior pœna eſſet, in Hiſpaniam uſque, atque ſic longiſſime à patria, abduci potuerit. In Hiſpaniam miſſum fuiſſe Gorionides quoque cap. LXIII, & Rabbi Ganz. pag. 36. confirmant, ספרד locum exſilii nominantes, quæ Judæis Hiſpania eſt. Ad hæc ex eo etiam ſuſpectum vult Joſephum reddere p. 51, quod Claudium in imperio capeſſendo ab Agrippa, qui forte Romæ erat, adjutum ſcribat, quum non pronum ad fidem ſit, ditionis barbaræ regulum conſiliorum ſenatus arbitrum fuiſſe. Sed & heic non deeſt, qui Joſephi fidem tueatur, Dio Caſſius lib. LX. p. 670. de Claudio: τῷ Ἀγρίππᾳ τῷ Παλαιστίνῃ, συμπράξαντί οἱ τὴν ἡγεμονίαν ἔσχε, δὸ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὢν τὰς ἀρχὰς συνεπεύξατο, *Agrippæ Palæſtino, qui eum in potiundo principatu adjuverat, regnum auxit.*

XXVII. Alia via vir clariſſimus Joſephum adgreditur, templi Hieroſolymitani novam ſtructuram, quam ille lib. XV. cap. XI. Herodi tribuit, *confictam* in magnificentiæ prædicationem eſſe, pag. 32. objiciens. Non autem confictam eſſe illam templi inſtaurationem, etiam ex divino ſcriptore Joann. cap. II. comm. 20, non obſcure probatur. Illi enim XLVI anni οἰκοδομήσεως, ad Zorobabelis templum, quod quadriennio perfectum fuit (Eſdræ VI, 15.) referri non poſſunt. Neque cum provincia Judæa eſſet, ceſſavit templum renovari, nec vero auſpiciis Romani illud præſidis fiebat. Cæſares enim principi cuidam Judaici generis hanc ſacrorum & templi curam permiſere, ut, Agrippa majore ſublato, Claudius Herodi fratri, Chalcidenſi regulo, conceſſit, Joſeph. lib. xx cap. I & III, quod jus poſtmodum Agrippæ minori manſit, uſque ad templi & urbis everſionem. Vide ibidem cap. VII, & cum primis cap. VIII. f. 899, ubi de Agrippa rege dicitur, ἐπιτρέψαντο ὑπὸ Κλαυδίου Καίσαρος τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ ἱεροῦ, *templi curam ei Claudius Cæ-*

ſar

ſar concrediderat; quamvis neque Herodi illi, nec Agrippæ juniori in Judæam vel Hieroſolyma quidquam juris fuerit, quod omne penes præſidem ſeu procuratorem erat.

XXVIII. Aliud crimen Joſepho Harduinus impingit, ex quo conſtare putat, auctoriali Palæſtinam non fuiſſe conſpectam. quia lib. xv. cap. XIII Cæſaream Palæſtinæ ἐν τῇ Φοινίκῃ in *Phœnice*, poſuiſſet. Novum crimen & ante inauditum, cujus ſi reus Joſephus agendus eſt, ante hunc princeps geographorum Strabo quoque condemnari debet. Hic enim lib. XVI. pag. 520. *Jam Cæleſyria peragrata*, ἐπὶ τὰ Φοινίκων μέτρια, *in Phœnicen tranſimus*. Recenſitis urbibus, tandem claudit, p. 523. hiſce verbis, Τοιαῦτα μὲν ἡ Φοινίκη *Hactenus de Phœnicia*. Medio ſermone & in mediis Phœnices urbibus infit: Μετὰ τὴν Ακκὼ, Στράτωνος πύργος καλούμενον ἔχων, *poſt Acen* (quæ Ptolemaïs eſt) *Stratonis turris, navale habens*. Hæc autem ipſa Cæſarea. Plinius lib. v. cap. XIII *Stratonis turris, eadem Cæſarea, ab Herode rege condita*. Quo jure nunc Joſephus accuſatur, qui idem ſenſit quod Strabo, quod alii geographorum hiſtoricorumque? quibuſdam longior in auſtrum Phœnicia procurrit, licet aliis anguſtiori limite definiatur. Livius lib. XXXV. cap. XIII. *Antiochus rex. ea hyeme Raphiæ in Phœnice Ptolemæo regi Ægypti filiæ in matrimonium data, - - extremo jam hiemis Epheſum pervenit*. Raphia autem prope Ægypti fines ad mare eſt.

XXIX. Tandem etiam de *Haſmonæorum regno*, Joſephum Harduinus ſubleſtæ fidei inſimulat. At vero diu ante Joſephum Strabo lib. XVI. p. 524. in Syriæ & Judææ enarratione, πρῶτος ἀνὸ ἱερέως ἀνέδειξεν ἑαυτὸν βασιλέα Αλέξανδρος, *primus pro pontifice ſe regem fecit Alexander*, qui & Jamnæus erat, Hyrcani & Ariſtobuli pater: quod ſatis ad *fabulam*, quam objicit Harduinus, diluendam eſt, licet in eo corrigendus Strabo ſit, quod Alexander hic non primus fuerat, qui diademate & regis titulo uteretur, ſed frater ejus Ariſtobulus eodem honore anteceſſit. Ad hoc, credo, inductus eſt vir clariſſimus, quod nummos forſan Haſmonæorum regum non repererat. Sed ſic multæ & præſtantiſſimæ partes hiſtoriarum negandæ forent. v. gr. Imperium Trapezuntinum, quod per CCL annos ſtetit, ab Alexio Comneno conditum, quum Conſtantinopolis in Latinorum poteſtatem veniſſet; ex nummis adhuc illuſtrari nondum potuit, nec peritiſſimi viri eos videre ſe meminerunt. Nec vero propterea fabula eſt quod Nicetas, Gregoras, Paullus Venetus, Chalcocondyles de illo narraverunt.

XXX. Denique in foro quoque Grammaticorum Harduinus reum Joſephum facit: *Taceo*, inquit, p. 64, *de Joſephi ſolœco*, Αγίππα, *quod etiam in Codd. MSS. legitur, pro* Αγείππα, *ut nummi exhibent ipſius Agrippæ, quicum vixiſſe vult videri*. Sed bona verba, quæſo. Solœcum non eſt, quo optimi Græcitatis ſcriptores uſi ſunt. Gemina forma gignendi caſus in his nominibus eſt, & Αγείππα quidem, Act. Apoſt. XXV. 23. & apud Xiphilinum Veſpaſiano tam Stephani editione p. 222. quam Sylburgii p. 322. reperitur, nec vero ſolœca eſt altera in α terminata, qua Plutarchus in Antonio p. 946. Dio Caſſius ineunte lib. LII, Appianus Alexandrinus B. Civ. lib. V, & elegantiorum imitator Zonaras in Auguſto, uſi ſunt. Hoſne ergo ſolœciſmi accuſabit Harduinus? Nec in aliis propriis, in ας finitis, inuſitatum eſt. v. gr. Αἰνείας Αρέτας Μαικήνας. Theodorus Gaza, Iſagog. lib. I. p. 4. κλίνεται Αἰνείας, Αἰνείου & nummus ab Andr. Morellio, ſagaciſſimo antiquitatis ſcrutatore, in Specim. Tab. XXIII nuper productus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΕΤΟΥ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ: & ipſe Dio Caſſius d. l. μετὰ τὸν Αγείππαν τὸν Μαικήνου. Neque alterius formæ, quam ſolam Harduinus Græcam putat ignarus fuit Joſephus noſter, quod vel uno exemplo ſatis ſit oſtendiſſe. Lib. XIV. Antiquit. cap II. pag. 469. Πίσσα, τὰ βασίλεια τοῦ Αρέτα.

XXXI. Supereſt, quod infantium cædem de induſtria præterierit, *ne legiſſe ſacras Novi Teſtamenti literas videretur*: p. 36. Etiam Scaligero in Euſeb. Animadverſ. p. 176. *mirum eſt, tam belluinæ crudelitatis exemplum ab Joſepho præteritum eſſe, qui tanta diligentia, reliqua ſævitiæ Herodianæ facinora perſequitur*. Miramur ipſimet; nec vero id ſatis putamus eſſe ad fraudem ſcribentis, quo Harduinus refert, evincendam. Fieri enim alia de cauſa potuit, & ſi qua culpa eſt in Nicolaum Damaſcenum potius, quam Joſephum, illa rejicienda. Iſte enim haud dubie præteriit, quia vivente Herode ſcripſit, cujus amicus & orator ad Auguſtum fuit; quem dum preſſe, uti non diffitetur, Joſephus inſequutus eſt; forte accidit, quod aliis pluribus accidiſſe novimus, ut non dedita opera, ſed partim memoriæ lapſu, partim tenaci præeuntis perſequutione, deteſtabile factum effugerit animum, memoriam, & manum ſcribentis.

* * *

CL. V. Jo. Harduinus pag. 39. ῥοδίας ſcriptores accuſat, qui Romanos *imperatores* vocant βασιλέας, & *imperium* illorum βασιλείαν. Eſto, exoſa Latina fuiſſe vocabula *regnum* & *rex*: Græca tamen mitius fuerunt, nec invitis Romanis, habita. Herodianus lib. I. cap. II. de Marco imperatore, βασιλεύοντι Μάρκῳ: & cap. VII de Commodo τοῦ βασιλέως ἀφιξιν; ac ibidem de Fauſtina auguſta, βασίλισσα. Et ante Herodianum Pauſanias Phoc. cap. XVI. Βασιλὶς Αὔγουστος: & Dionyſius Perieg. v. 1052.

Αὐσονίη βασιλῆος, ———

Auguſtum Cæſarem, ſub quo ſcripſit, deſignans: ac Diodorus Siculus ecloga libri XXXV. ΙΜΠΕΡΑΤΩΡΑ αὐτὸν ἀναγορεύειν καὶ καλεῖν, ὅ ἐστι βασιλέα. Non eſt itaque quod cum Harduino τὸ βασιλέα ὑπερέχοντα I Petri II. comm. 14. de Polemone malimus, quam cum Grotio de Romano imperatore, interpretari. Sequiori ævo ita βασιλέως vocem ſibi Conſtantinopolitani vindicarunt, ut cæteros reges, etiam ipſos Germanicos imperatores, ægre βασιλέας, ſed tantum ῥῆγας (à ῥῆξ, *rex*) appellaverint. Exempla proſtant paſſim in Hiſtoria Byzantina.

IN-

INDEX PRIMUS,

VOCUM GRÆCARUM.

A.

Ἀ Βασάνιστος 261
ἀβάσπαστος 978
ἀβέβηλον 1177
ἄβηλητον 172
ἀβρεβλαστος 157
ἄβρωτος 205
ἀγαγεῖν βουλὴν 46
ἄγγαροι 490
ἄγειν μείζονας πὰὶ 815
ἀγέννητος 288
—— ψυχῆς 163
ἀγέννητος 1000
ἀγήρατος 1269
ἀγήρω 475
—— μήμη 272
ἄγια 1102
ἄγιον ἱερῶ 569
ἀγχέλης 179
ἀγγεῖα 905, 1357
ἀγνίζειν 46, 183, 427, 1359
ἀγναμοσύνη 85, 671, 737, 741, 757
ἀγναμύνας 744
ἀγναμοσύνη 202, 524, 821, 915, 921
ἀγνώμων ἀξίωσις 1068
ἀγόραιον ἄγειν 634
ἀγοραία γυνὴ 303
ἀγορανομὴ λεγομένη 1118
ἄγχος 212
ἀγχόνη 309
ἀγχώμαλον 1270
ἀγωγὴ ὑδῶν 508
ἀγωνία 268, 434, 1166
ἀγωνίᾳν 397, 943
ἀγωνίζεσθαι 416
ἀγωνίζεσθαι 275
ἀγώνισμα 567, 983, 992, 997, 1028. *Vide Cas. in Comment. ad Polyb. p. 47. Edit. Par. in 8vo.*
ἀγωνίσματα 688
ἀγωνίων 254
ἀγωνοθετῶν 754, 1269
ἀδακρυτὶ 190
ἀδὰς 856
ἄδεια 186, 179
ἀδίαιτον 159
ἀδηρίτως 1119
ἀδιαλείπτως 837
ἀδιαλείπτως 1164
ἀδιάλλακτον 307
ἀδικῶν *laedere* 870
ἀδίκητον 1103
ἀδικήτως 995, 1126
ἀδόλως 187
ἀδοξῶν 954, 970, 1088, 1190, 1243
ἀδρόσια 58
ἀδρότερα τάγματα 1107
ἀδυσώπητον 1272
ἀδυσωπόκητος 141, 461
ἀέννα 125
ἀέτωμα 109
ἀζύλωτον 1314
ἄϊδεως 103
ἀΐδιον ἄφαῖς 586
ἀϊδιανατίζειν 793
ἀΐδιμητον 906, 1275
ἄϊδισμος 1314
ἀϊδετῶν 663
ἀθροίζειν εἰς ἐκκλησίαν 131
ἀθρόως 289, 577
ἄθυρμα 528, 1177
αἰδῶς 954, 27
Aidiotes 358
αἰδρία 103
αἴδριον 107
αἴδριος 1008
αἰδριώτατος 695
αἰκία 26. αἰκία βασάνων 1141
αἰκίαι σεσαγκτε 461
αἰκίαν αἰκισάμενος 285
αἰκίζειν 581
αἰκιζόμενος 300, 533
αἰκισάμενος 300
αἷμασιὰ 150
αἶξαι 143, 1325
αἰρῆται 817
αἱρεπίσαι 1061
αἱροσύτιον 578
αἰχμὴν 167, 168
αἰχμαλώμενος ἑμαυτὸν 2
αἰτιάζεσθαι 397
αἰσχρῶς 809, 810, 812
αἰσχρέμενος 311, 359
ἀκατάσχετος 1071
ἀκαταφρόνητος 422
ἀκαταστάτως 1019
ἀκέραιον 163
ἀκέραιος πόλις 184
ἀκήρυκτος πόλεμος 989
ἀκιπάκις 895
ἀκμαὶ 372, 1168
ἀκμαῖος 1316
ἀκμαιότατον τ' σραπᾶς 295
ἀκμὴ ἡλικίας 289
—— δίρας 996
—— χειμῶνος 990
ἀκμὴν *adhuc* 848
ἀκμητὶ 994
ἀκοσιότητος 142, 1152
ἀκοπᾶν 1022
ἀκολασία 891
ἄκολος 1245
ἀκοντίζειν 254
ἀκοσμῶν 290
ἄκοσμος φυγὴ 251
ἀκόσμως 138
ἀκραιφνῆς 811
ἀκραιφνὴς 4, 811, 833
—— ἀρετὴ 4
ἀκρασία 1082
—— ἀφροδισίων 360
—— παιδῶν 958
—— χοιρῶν 1220
ἄκρατον 272, 590, 1066, 1089, 1229
ἄκρατος ὑγιεία 760
—— ὑγιὴ 196, 765, 826
ἀκρατόφορος 1256
ἀκρατὸς 212, 338, 1000, 1163
ἀκελεῦν 1040
ἄκριτον πλῆθος 1147
ἄκριτος δίκαιοσις 1219
ἀκροάματα 845
ἀκροβολισμοὶ 646, 943
ἄκροι 639
ἀκροτομῶσαι 1067
ἀκρότομοι λίθοι 342
ἀκρατήεια 381, 408
ἀκροτηριάζειν 1357
ἀκυρῶν 826, 895, 1393
ἀλαβαρχεῖν 886
ἀλαβάρχης 821. *Videsis Commentatores ad Cic. in Epp. ad Att. l. 2. ep. 17.*
ἀλαβαρχία 891
ἀλαλαγμὸς 1136
ἀλαλάξοντες 251
ἀλαζονεία 749
ἀλαζὼς 1033
ἀλγεινότης 253
ἄλγημα 872
ἀλεεινὸν 1147
ἀλεξῶν *ex recto* ἀλεξὶ 124. vide *Budæi Lexicon.*
ἀλεσρὰ 808
ἄλη 133
ἀλιαδίαις 943
ἄλιπὸς 211
ἀλίτης 104
—— βίος 374
ἀλίζειν ἐκκλησίαν 870
ἀλιτήριοι 65, 142, 1300
ἀλιτήριον 412, 494
ἀλιτήριος 1020
ἀλληλοφθορία 763
ἀλλόγλωσσοι 15
ἀλλόκοτον 491
ἀλλοφωνία 16
ἀλίσκεσθαι 1168
—— τοῖχοι 1296
ἀλόγιστος ἡδονὴ 360. ἐν ἀλογίστῳ 1140
ἀλύοντες 666
ἀλυσιδωτὸν 318
ἄλων 289
ἄλως 171
ἀλῶσιμος 926
ἄλωσις 210
ἁμαδία 132
ἁμαῖραι 1256
ἁμαρτάδες 123
ἁμαρτὰς 831
ἁμαρτῶν 28, 400
ἁμαρτήμενοι τὰς ὄψεις 370
ἁμαίρεσις 400
ἁμαχητὶ 369
ἄμαχος 672
ἁμιλλώδης 869
ἀμίδυσος 114
ἀμοῖσθαι ἀμφιχαῖς 349
ἀμοίβιδαί τινα τόπων 521
ἀμοίρος 1094, 1189
ἀμολλητὶ 867
ἀμοιμονία 1037
ἀμοτάγωγον 737
ἀμυντικίνητος σεσαίρουσα 2
ἀμυπόπλωτον ϝ χώματος 864
ἀμύχανα 131
—— χειρὶ 371
ἀμυχανεῖν 8, 233
ἀμυχανία 197
ἀμυχάνητος 41
ἄμυλος 864
ἄμυλλα 1251
ἀμυλλήμενοι ἀλλήλοις 118
ἀμυξία ἐλαίης 583
ἀμυδὶ 35
ἀμυνσία 304
ἀμοιρῶν 366
ἄμυσος 125
ἄμυσος γῆς 169
ἄμυνα 232, 1068, 1073
ἀμύνεσθαι 212
ἀμύνειν αὐτῷ 57
ἀμύνη *auxilium* 1076
ἀμύνος χειρὸς 961
ἀμφαγνυμένων 1205
ἀμφίεσσον 713
ἀμφίζωλοι 862
ἀμφίκυρτος 1221
ἀνὰ 358
ἀναβῶν 379
ἀναβλύειν 104
ἀναβολαὶ 757
ἀναγεννώμενον 137
ἀνάγκασμα 795
ἀνάγκη vis 343
ἀναγναι 1359
ἀναγωγὴ 809
ἀναδόσεως ὑδάτων 1309
ἀνάδυσις 1035
ἀναζεύγνυμι 309
ἀναζυγὴ 778
ἀναζωπυρῶν 365, 415, 494
ἀναζωπύρησις 541
ἀναιδεύω 1290
ἀναιρεῖ 194
ἀναίρεσις 198
ἀναιδιτῶν 487, 1172
ἀναιμίζεσθαι 413
ἀναιμόδοτος 1002
ἀναισχυντομυθία διάλεκτος 141
ἀναλυτικὸν σημαίνον 318
ἀναστοπὶ 1077
—— ῥοήματος 180
ἀνακόπιον 872, 976
ἀνακρατῶσα 529
ἀνακτῶος 408, 494
—— δύσις 668
ἀνακόπιον 872, 1289

ἀναλαμβάνειν σφέλμαΐα 1125
ἀναλήμματα 1343
ἀναλημπῆρες 345
ἀναλισκμᾶν 390
ἀναλογιζόμενος 174
ἀνάλογον 862,1010,1013
ἀναλογῶν 248
ἀναλόγως 658,870,1264
ἀναμάττειν 732
ἀναμαχέσασθαι 292
ἀναμάχιδες 574
ἀναμβώων χωρὸς 1123
ἀναμίξ 476
ἀναμιξάμβωος 818
ἀναμφίλικτος 143
ἀνανεύμω 994
ἀναυσύειν 1156
ἀναυσίωσις 413,541
ἀναυσιωτικὸν 480
ἀγαυροσεῖν 1231
ἀναυταγώνιστον 1301
ἀνάυπλεκτα 846,857
ἀναυπλέκτον 94
ἀναυτίξεκτος 1345
ἀναξισμῶνον 342
ἀναξιοπάθεια 664
ἀναξυεὶς 112
ἀναπαλαίειν 1162
ἀναπαρεὶς 738
ἀναπεδύειν 613
ἀναπίμπλαται 138
ἀνάπλεα 839
ἀναπνέειν 404
ἀναπνοαὶ 1063
ἀναπολεῖν μνήμη 477
ἀναπολεῖσθαι 573
ἀναπολόγητον 1373
ἀναπόσβιστον 1349
ἀνάπυστα 755
ἀναριπῆν κύδος 825
ἀνάρπασον 622
ἀναξίπτιζεσθαι 1076
ἀναξίπτειν κίνδυνον 1175
ἀναρτᾶν 309,862
ἀνάσσας 1348
ἀνάσασις 1285
ἀνάστατα 803
ἀνάσσατοι 44,470
ἀνάσημα 360, 460,
—— ἁλικίας 77
ἀναστραφεὶς 679
ἀναστραφησόμω 843
ἀναστῆλαι 768
ἀνασώζειν 204
ἀνάτασις 981,1290
ἀνάφανδον 931,683,713, 1172, 1176, 1181
ἀναχαιτίζειν 1087, 1242
ἀνὰ χεῖρα 517
ἀνδραποδία 2
ἀνδρίζεσθαι 1263
ἀνδρόμω 212
ἀνδρωθεὶς 892
ἀνεγκωμίαστον 156
ἀνέδω 958, 967, 1012, 1037, 1082, 1106, 1219, 1270, 1290
ἀνέζευξεν εἰς 181
ἀνειδεὶς 961
ἀνειλόμβοι 972, 1162, 1219
ἀνείμβων ὁ ἅλατης 820
ἀνειμῶ 352
ἀνεῖναι 463
ἀνεῖσθαι 115
ἀνείσφορον 504,579
ἀνέκαθεν 865
ἀνεμέσητον 139,236
ἀνενδοιαστὸν 777
ἀνεντεύκτων 638, 984
—— ἐκ τραυμάτων 568
ἀνεντύβητον 674
ἀνεξέλεγκτον 135
ἀνεξεσμένον 578
ἀνεξικακία 1172
ἀνεπαίσιατος 171
ἀνεπαχθὴς 815, 859
ἀνεπηρέασον 700
ἀνεπίβατος 115
ἀνεπιβούλητον 841
ἀνεπίκλητον 830
ἀνεπικωλύτως 866
ἀνεπίμικτοι 162,165
ἀνεπίχετος 1323
ἀνεπιτάκτως 855
ἀνέργαστος σῖτος 1245
ἀνεριδίζεσθαι 138
ἀνεξέροιζον 1139
ἄνεσις 818
ἀνέστος 133
ἀνέτειμαι 914
ἀνευφήμει 1110, 1167, 1168
ἀνήδονον 754
ἀνήκεστον 742
—— πάθος 964,1073
ἀνήκεστος 817
ἀνήκεστοι συμφοραὶ 3
ἀνήνυτον 1010,1071,1097
ἀνηρτῆσθαι 1376
ἄνθεμις 515
ἀνθρακιὰ 1402
ἄνθραξ 114
ἀνθυποκρίνεσθαι 1034
ἀνιαρῶς διατίθω 941
ἀνιάτους 869
—— ἔχειν 196
ἀνιμᾶν 52
ἀνισόρροποι 1086
ἀνίσχειν 811
ἀνοδία 1167
ἀνοίκειος 689
ἀνομβεία 609
ἀνόμημα 368
ἀνόητος 945,1015
ἀνόσια ζῶα 1184
ἀνοχὴ 975
ἀνταγωνιστὴς 285
ἀνταίρειν χεῖρας 1321
ἀνταναπλεῖδις 359
ἀνταπόδοσις 833
ἀντίδειξα 3
ἀντεπεῖν 2
ἀντεφοδιάζειν 691
ἀντέχεσθαι ἐλευθερίας 888
ἀντεχόμβοι αὐτῶν 1183
ἀντέχειν 360
ἀντεβασιλεύειν 1189
ἀντεβλέπειν 225,1384
ἀντεβαλεῖν 314
ἀντεβάλλω 1181
ἀντεκαταλλαξάμω 1133
ἀντεκαταλλάσσειν 441
ἀντεκρύειν 54,282
ἄντερος contra 826
ἀντήλιμος 1172
ἀντιμέτωποι 1215
ἀντίπαλον 1094,1321
ἀντιπαράστασις 1385
ἀντιπεδαταξάμβοι 1002
ἀντιπαριξάγειν 821
ἀντιπαρηγορεῖν 992
ἀντιπειρασᾶν 1132
ἀντιπνεύειν 1337
ἀντιπροφέρειν 305
ἀντιποιεῖσθαι 139,1325
ἀντιποίνισις 156
ἀντιπροέσωτον 1216
ἀντιπρωτορεύειν 1398
ἀντίρρησις 1361
ἀντιρρητικὸς 1361
ἀντισύμβουλος 799
ἀντίστασμα 843,753
ἀντισωσώτατοι 608
ἀντιφιλονεικεῖν 86, 1189
ἀντίψυχον 1410
ἄντυξ 344
ἀνυπώδυνος 1016
ἀνύποιστον 854
ἀνύποπτον 283
ἀνυπόστατος 420,971,1011, 1232, 1240
ἀνυπόστολον 713
ἀνυποτίμητον 746
ἀνυποτιμήτως 679,734
ἀνύσιμον 1225
ἀνυστικώτατοι 999
ἀνυτικώτερον 1239
ἀνωθεῖν 1129
ἀνωμαλία 1386
ἀνώμαλον 966,1265
ἀνώμαλος τιμὴ 1014
ἀξιόχρεα ἁμαρτήματα 1063
ἀξιόχρεως μάρτυς 192
ἀξίωσις 153,432
ἀξιῶ *jubeo* 42
ἀξιαφηγητότατον 703
ἀξιολόγως 351
ἀξιόμαχοι 400,423,966
ἀξιοπίστως 1021
ἀοίδιμος 842
ἀπαγγελία λόγων 152
ἀπαγορεύειν 53, 206, 591, 856
ἀπαιωρεῖν 493
ἀπακοτᾶν 239
ἀπαλλαγὴ 153
ἀπαλλοτρίων 135
ἀπαμβλύνειν 1141, 1194
ἀπάνθρωποι 349
ἀπαντικρὺ 1308
ἀπαράσκαστοι 822
ἀπαράιτητος 169, 1382
ἀπαραιτήτως 4
ἀπαρέλλακτον 465
ἀπαρεμπλλήτων 359
ἀπαρεσκιάσοι 172
ἀπαρασκεύως 672
ἀπαράσκευος 1135
ἀπαρίγχώρητον 687
ἀπαρηγόρητος συμφορὰ 294
ἀπαξήνασον 1184
ἄπαρσις 773
ἀπαρτίζειν 351
ἀπαρπώναι 522
ἀπάρχειν 533
ἀπάρχεσθαι 593
ἀπαρχὴ. κατ' ἀπαρχὰς 858
ἀπασπαπεῖν 1308
ἀπατεὼν 365,893,1075, 1374,1376
ἀπαυδαδιάζεσθαι 1221
ἀπαυδαδίζεσθαι 1221
—— ἀπαυτομολεῖν 1405
ἀπεγνωκὼς 1254
ἀπειθεῖν 1082
ἀπειλητὴς 979
ἀπειπεῖν 448
ἀπείρατος 1084, 1122
ἀπεπεικότες 225, 556, 1123
ἀπειρεσκάλως 272, 625
ἄπειρον. ἐπὶ τὸ ἄπειρον συνελθεῖν 110
ἄπεκδυς 270
ἀπελέγχειν 1085
ἀπ' ἐλπίδων 849
ἀπεμπολᾶν 470
ἀπερείδεσθαι 1113
ἀσεδέπτυκτον 113
ἀσεδέσκεπτον 1163
ἀπεξέως 1407
ἀπερυθριᾶν 764
ἀπέχεσθαι ἐξ ἀνθρώπων 190
ἀπήχιδες 1372
ἀπιχθάνιδες 1242
ἀπιχθανόμβοι 477, 585, 570
ἀπιχθῶς ἀμακείρβως 105
ἀπίχω *fero* 1033
ἀπιωσμένοι 738
ἀπιωσμένον 120
ἀπλεῖς 494,1065
ἀπλήν 871
ἀπλητμβύα 892
ἀπλησπομβόν τελέως 110
ἁπλῶς 1077, 1266
ἁπλήστως 154
ἁπλότης 1236
ἀποβάλλιδες 171
ἀποβόσεσθαι εἰς ἀριστῆς λῦσιν 3
ἀπόγεια 809
ἀποδιήνιδες ἐξ ἀνθρώπων 178
ἀπογινώσκειν 89,130
ἀπόγνωσις 187,844
ἀπογραφὴ 510
ἀποδασμὸς 20
ἀποδειλιάζειν 324
ἀποδειλιῶντες 1319
ἀποδεῖν *ligare* 165
ἀποδιήκιδες 271,279
ἀπόδημος ἀγαθῶν 68
ἀποδοχὴ 272
ἀποδύρτιδες 270
ἀποδύσιδες 1014
ἀπόδυσις 532
ἀποθέσιμα 724
ἀπόθετα 898
ἀποθησαυρίζειν 1304
ἀποθλίβειν 241
ἀποθρύπτειν 1135
ἀποκαραδοκεῖν 1137
ἀπόκρημν 994,1165
ἀποκρύειν 1004
ἀπολαμβάνειν 109
ἀπολαμβάνεσθαί τινω 88
ἄπολις 133
ἀπολογισμὸς 712
ἀπολέμβον 792
ἀπολυτῆν 1077
ἀπομάχιδες 561
ἀπομαχόμω 110
ἀπομειλίπτειν 874, 982
ἀπομεμιμημβόν 114
ἀπομερίζειν 144, 274
ἀπομίμησις 115
ἀπομνημονεύειν 982
ἀπομοίρα 274
ἀπονητὶ 1187
ἀπονοεῖν 426
ἀπονοσδεὶς 174
ἀπόνως 342,346
ἀποπάλλειν 1228
ἀποπατεῖν 1063

ἀπο-

ὑποπτεύειν 684
ἄποπλον 597, 653
ἄποπτ@ 695
ὑπερῆν γνώμης 46
ὑπέρθητον 349
ἄποορον τ᾽ ἀξενοίας 356
ὑπόξηξις 858
ἀποξήντα ἀξενοίας 305
ὑπόξηντον 2
ὑποξῆξ 1007
ὑποσείομαι 1386
ὑποσκιάζειν 826, 864, 1097
ὑποσκιάζειν τ᾽ γάνος 60
ὑποσκιάζως 960, 979, 1017, 1175
ὑποσκιάζεσθαι ἰγκλήματα 1035
ὑποσκευὴ 184, 543, 556, 796, 1071
ὑποσκίπτειν 322
ὑποσκοπῶν 769
ὑποσσβεῖν 57
ὑποστάτης 471
ὑποσύλευν 872
ὑποσολὴ 881, 930
ὑπόσολ@ 783
ὑποσραφῆναι 893
ὑποτροπὴ 849, 1070
ὑποσφίγγως 112
ὑποτάσσως 1123
ὑπότερροι 1216
ὑποτίμησις 794
ὑποτινύειν 171
ὑποτίσις 187
ὑποτολμᾶν 202
ὑποτομὰς 94
ὑπότομον κρημνῶν 103
ὑπότομ@ 870, 1129
ἄποτον 94
ὑποτρέσειν 872
ὑποτρόπαι@ 1386
ὑποτροπὴ 779
ὑποτροπίασμος 12, 123
ὑποτυγχάνειν 866
ὑποτυμπανίζεσθαι 1344
ὑπότυπος 898
ὑπόφασις 57, 911
ὑποφορτίζειν 975
ὑποφορτίσασθαι 988
ὑποφράττειν 596
ὑποχεφολονεῖν 233, 1051
ὑποχρώντως 350
ὑποχώρησις 845
ὑποψεύδεσθαι 1170
ὑποψηφίζεσθαι 980
ὑποψυχθεὶς 848
ὑπραγμόνως 591
ὑπραγμοσύνη 8
ὑπρέγμων 600
ὕπρακτοι 889, 932, 1069
ὕπρακλος 433, 915
ἀπράκτως 566
ὑπρομηθὴς 811
ὑπρονόητος φορὰ 466
ὑπροσδὴς 348
ὑπροσάτευτοι 466, 894
ὑπροσάτευτον 566
ὑραφὸς 640
ὑργὴ φάμμος 1068
ὑργία 125, 828, 1067
ὑργὸς σιδηρος 1316
ὑργυείζειν 991
ὑργυρίζεσθαι 1024
ὕρδευσις 94
ὕρδιν ἀφανίζειν 427, 934, 941
ὑρειμάνι@ 1087, 1263
ὑρεωδεὶς 403
ὑρθεὶς 826
ὑρθῆναι 821
ὑρθρέμβολα 1401
ὑρισεῖον 624
ὕρκυς 250, 1271
ὑρμαπλάτης 230
ὑρμοδίως 4
ὑρμόζειν 890, 1155
ὑρμονία 1195
ὑρμονίως 344
ὑρμὸς 10
ὕρπα 1348
ὑρπαγέντες ὑφ᾽ ἡδονῆς 226
ὕρπαγμα 486
ὕρπαξ 345
ὕρπη 652
ὑρπηδὼν 112
ὑρτάβα 521
ὑρπτόκως 225
ὑρπτὸς 1178
ὑρχαγὸς κακῶν 306
ὑρχὴν prorsus 133
—— ἢ ὑρχὴν prorsus 13, 684
ὑρχιστράτηγ@ 257
ὑρωγὰ 768
ὑσύλαια 368, 887
ὑσύλως τόπ@ 563
ὑσήμαντος 1265
ὑσυμαίνειν 254
ἄσκιπτος 1035
—— ἐλπὶς 1215
ὑσκέπτως 664
ὑσπόπως 50, 1121
ὑσμινίσως 76
ὑσμινισὸν 868
ὑσπιδίσκαι 1229
ὑστάλεον 97
ὑσὴ 420
ὑστράπτωσι 1073, 1169
ὑσυλλόγιστον 147, 425
—— πλῆθ@ 356
ὑσύμφυλον 491
ὑσωύοπτον 736, 1307
ὑσφαλίζεσθαι 458
ὑχάλλειν 1131, 1153
ὑχολεῖν 324, 1138
ἄτακτος γυμνασία 1114
ὑταλαίπωρον 125
ὑταμίευτον 870, 1163, 1271
ὑταρακλήσως 697
ὑταρόχως 624
ἄτεκτ@ 902, 1244
ὑτενὴς 1323
ὑτενίζειν 872, 1252
ὑπθάστευτος 1285
ὑπμία 165
ἄτον@ 979, 1020, 1126, 1251, 1261
ἄτοπ@ 716
ὑτρέμαιον κατάκλιμα 684
ὑτρεμεῖν 726
ὑτρεμήσειν 832
ὑτρεμοῦντες 1122
ἄτρεπτον 474
ὑτρέπτως 1323
ἄτρεφον 1321
ὑτρύτως 487
ὑπυχία 856
αὐθάδως 26
αὐθέντης 1073
αὐθήμερον & αὐθημερινὸν 122, 1140
αὐθιγενὴς 1364
αὐθις 125, 128
αυθις *postea* 426
αὖθις ἄνθρωποι 857
αὖθις. ἐν τοῖς αὖθις χρόνοις 105
αὖθις ἰσόμενοι 143. οἱ αὖθις ibid.
αὔλειον 1110
αὐλὴ 27, 326, 449
αὐλίζως 1122
αὐλίζοντες 1124
αὖλοι 1277
αὖος πῦρ δέει 1004
αὐτανδρος 1002, 1098, 1098, 1139, 1178, 1182
αὐτεξέσι@ 155
αὐτεξουσιότης 1394
αὐτοκέλευσος 754
αὐτοκρατοεὶς 794
αὐτοκράτωρ 119
—— λογισμὸς 206
αὐτομάτη φήμη 1149
αὐτομάτισμὸς 466
αὐτομάτως 125, 128, 141, 142, 181
αὐτονυκτὶ 775
αὐτοπελὴς 620
αὐτουργία 1384
αὐτόχειρ 257, 531
—— ἐκείνε 656
αὐτοφίλαυτος 204
αὐτοχειρία 737
ἀφ᾽ ἅματ@ 1001
ἀφαιρέματα 632
ἀφαλλόμβυος 913
ἀφανίζειν 13, 210, 251, 291, 398, 406, 538
ἀφανίζως 176
—— ἐξ ἀνθρώπων 396
ἀφανίσαι 155
ἀφανισμὸς 9, 73
ἀφελὴς 128
ἀφετήρια 1232, 1261
ἀφετήριον ὄργανον 1124
ἀφήγημα 1406
ἀφηγεῖσθαι 1065, 1071
—— τ᾽ ὅλων 1094
ἀφήγησις 175
—— πραγμάτων 983
ἀφηνιάζειν 1189
ἀφηνιάζεσθαι 1169
ἀφιᾶσιν 124
ἀφιδρύματα 831
ἀφιερῶσθαι 118
ἀφιερόω 484
ἀφίημι ἀξίωσιν 304
ἀφικπάζεσθαι 672
ἄφικτον χωρίον 672
ἀφῖχθε 154
ἀφροδισιὰς 1058
ἀφοσία γῆς 291
ἀφορμαὶ 575, 979, 1024, 1240, 1243
ἀφορμαὶ *opes* 602
ἀφορμαὶ 979
—— βίε 530
ἀφορμὴ 96, 603, 1023
—— σωτηρίας 94
ἀφορολόγητον 1365
ἄφορτις 850
ἀφύξατος 1375
ἀφωνία 402, 638
ἀχανὴς 494, 1066
ἀχαεισεῖν 1090
ἀχάτης 114
ἀχλύειν 381
ἄχρηστ@ 1228
ἀχώρειστοι 427
ἄψις vel ἀψὶς 344
ἄψορον 1197

B.

Βάδην 250
βάδ@ 341, 344
βαθμοὶ τολμημάτων 1172
βαλάνε μύρες 62
βάλλειν 138
βάμμα 113, 114
βαπτίζειν 666
βαπτίζως 419, 1169
βαπτίζεσθαι 905
βαπτόμφαλ@ 1012
βάρεις 464, 479, 658, 885, 928
βαρυήδεια 1172
βάσις 228
βασιλειᾶν 954, 960
βασιλιᾶν 1199
βασιλευβμοι 231
βασιλίζειν 26
βασιλικώτατ@ 234
βάσιμ@ 109
βασκαίνειν 945
βασκανία 126, 458
βάσκαν@ 233
βάσκανος 980
βάσαγμα 248, 873
βασάζειν 249, 619
βασάζειν *exportare* 533
βασάζειν *tollere* 440
βατὸς τόπ@ 115
βδέλλα 97
βήρυλλ@ 114
βιάζεσθαι βέλεσιν 305
—— σωφρονεῖν 152
βλάσησις 515
βλασφημία 266
βλασφημεῖν 249, 250, 390
—— πικρῶς 407
βοτὰ 85
βόεαλοι 338
βυβῶνες 1363
βυβωνιάζειν 1363
βυκολεῖν 1322
βυτὶς 115
βραβεῖον 229, 248, 393, 1251, 1270, 1309, 1315
—— δίκαια 206
—— εὐνομίαν 103
—— σωτηρίας 1177
βραβεύεσθαι 981
βραβευβμιον 14, 141
βραβύτατοι παθεῖν 1125
βραδυτὴς 288
βρασμοὶ 1003
βρασσόμβυον 1137
βρέπεσθαι 1280
βραχεῖ τέτων πλέον 528
βρεῖθον 1265
βρεῖθ@ 1138
βρεγχτὴρ 112, 113
βρύον 562
βυβλινὸν πλέγμα 75
βύβλω 1139, 1284
βύθον 590
βυθὸς 5
βωμολοχία 1361

Γ.

Γαλαθηνὸς 228
γαληνότης 1027
γάλλοι 172
γαλόχους 76
γαστρὶ 1079
γαυρὸς 104
γεγυμνωμένος 1348
γεγωνὸς ἐκβοᾶν 140
γήϊον 1223,1228,1269
γειτνιακὴ συνήθεια 87
γειτνίασις 1299
γειτονία 1301
γενάρχης 32
γενεαὶ 1100
γέρρα 1130
γηφῆν 180
γηροκομεῖν 315
γηροκομία 219,303
γηροκόμος 32
γλαυμοὶ 108,109
γλιχόμενος 625,1323
γλυκὺς 699
γλωσσόκομον 225
γνήσιοι 955
γνήσιος *legitimus* 35
γνωρίζειν 347
γνώριμοι 74, 1067, 1068, 1073, 1074, 1102, 1110, 1111
γνωριμώτατος 904
γνωσιμαχεῖν 198,571
γόης 1374,1376
γογγύζοι 1291
γοργὸς τοῖς ὄψεσι 247
γυναικομανεῖν 1012
γυναικωνῖτις 753,849
γφυτὸς 1125

Δ.

Δαιμονᾶν 1075,1323
δαιμόνια 247,1308
δαιμονιζόμενος 339
δαιμόνιον 254,1035
—— τέρας 997
δαιμόνιος ὁρμὴ 1197
—— φεύγοια 590, 1302, 1318
—— φρόνημα 1153
—— συμφορὰ 1002
δαίμων 1033,1037
δαίνυσθαι 241,1291
δακτυλιὼν 1291
δακτυλίθραι 1401
δακτύλιος σημαντὴρ 1042
δάκρυτος 176
δάκτυλος. v. *Le Moyne* ad *Barnab.* p.620
δαπανᾶν πυρὶ 160
δασμὸς 225
δασμολογεῖν 1284,1337
δασύλλιστον ἢ μάτην 203
δασύνομαι 1176
δείκηλον 1066, 1068
δενδρᾶν 1403, 1405
δέντα ὑψία 93
δεσμᾶν 173
δείματα 8, 150
δεινότης λόγων 1
δεισιδαιμονία 133, 437, 968, 1066, 1072, 1089
δεισιδαιμονία *religio* 866
δεκαμοιρία φλαστῶν 115
δηλάζοντες 1096,1102
δῆλεσος 1389
Δηλφικὴ τράπεζα 110
δηξαιμὶ 380
δῆξαι 1160. δῆξαι πῆχυν 1166. ὅτι δῆξαι φεγγαλεῖν 957, 1140. ὅτι δῆξαῖς 781
δηξιότης 396
—— λόγων 396
δηξιώματα 712
δηξίωσις 709
δηξιώτερον 348
δίαιτος 295
διαΐζειν 55, 641, 1202
διαϊότης 1301
διαντεύειν 104
διαντικὸς 1189
δίειν 117, 121, 122
διαλύσεια φάρμακα 989
διαμαγαία 372
διαμαγῶν 304, 908
διαμαχὼν 841, 921
διαμοτελὴς 212
διαμοτικὸς 119, 363, 615
διαμοτικὸς *popularis* 923, 1174
διαμοσίωσιν 940
διαμύειν 167
διαβεβαιοῦσθαι 210
διάβροχον 404
διάβρωσις 1328
διαγγελία 1144
διάγειν ὑπὸ 444
διάγνοια 775
διάγνωσις *cognitio* 668
διαγραφὴ 328
διαδιδράσκειν 847
διαδορατίζόμενοι 1220
διάδρασιν ποιεῖν 757
διάδρασις 808
διάδυσις δρασμοῦ 1142
διαδωρεῖν 1291
διαζήλωσις 489
διαζηλοῦσθαι 625
διάζωμα 112
διάθεσις 257, 264, 955, 964
διαθεῖναι 360
δίαιτα 128,229,364,458, 352,395
δίαιτα βίου 584
—— ἐγκλημάτων 102
—— πολιτικὴ 694
δίαιται 1385
διαιτᾶν κρίσεις 620
διαίτητὴς 102
διαλαλύτειν 1034
διαλέξθαι 872
διαλογίζεσθαι 275,278,669
διάλυσις 111,113
διαλύσεως ὑφασμῶν 112
διανυδρεύειν 275
διαπλεῖσαι 1191
διανοεῖν 333
διανοεῖσθαι 462
διανοητίζεσθαι 1174
διαπόρησις 301
διακοσμεῖν 229
—— δώματα 385
διακόσμησις 9
διακύειν 889
διαχρηματίζειν 961
διαχρίειν 957
διαχρολίζεσθαι 1189
διαχρέειν 990
—— νόσον 967
διαιρεῖσθαι 1005, 1017, 1020, 1147, 1179
διαχωρωνίζειν 863
διαλαμβάνειν 340,1230
διαλείματα 44,1261
διαλείπειν 1033
διάλιθος 1021
διαλλακτὴς 44,982
διαλύεσθαι 965
—— μέμφεις 195
διαμαχεῖν 1292
διαμάχης 155
διαμιλλίζειν 121
διάμετρος 187
διαμισεῖν 1184
διαμώμενος 85,94
διανασαὶ 861
διανθίζειν 352
διανύσας 994
διαπαίζειν 1236
διαπαλαίειν 45
διαπαρεξιέναι 446
διαπιπτονημὸς σοφία 356
διαπλεῖν 511,1085
διαπιστεύειν 1296
διαπύσιοι βοαὶ 1079
διαπύσιος 1048,1283
διαπλύειν 23,426,1394
διαρκεῖν 1308
διαξέειν χαμὰς 844
διασαφεῖν 214,940
διασέλλειν 1216
διασύρειν 235
διασφαλὴς 518
διάταξις πολιτεύματος 2
διαταρρύειν 967
διατείνειν 658
διατείχισμα 1227
διατίθεμαι 268
διατίθεσθαι ξένον 28
διατμᾶν 584
διάτορος 432
διαυγὴ 1085
διαφέρειν 1266
διατύπωσις 115
διαυχαδὴς 220
διαυγὴς 98
διαυγέστερον 515
διαφθείρειν ἢ ἀφανίζειν 420, 425
διαφορὰ 904,991
διάφοροι *inimici* 1075, 1223
διάφορον 510
—— μεγέθει οἴκημα 895
διάφορος 931,1002
διαφόρως ἔχειν 871
διαφορώτατα ἁπάντων 1063
διαφορώταλοι 650
διάφραγμα 845
διαφυλάσσειν 849
διαχάσκειν ὕλαν 1038
διαχλεύειν 426
διάχυσις 689
διεκπαίειν 1118, 1153, 1155, 1161, 1164, 1191, 1215, 1216
διεκπεσεῖν 69,656,1271, 1310
διεκπεσόντες 848,1153
διεκπίπτειν 646, 1280, 1310
διελάσαι 275
διελαύνειν ξίφει 1097
διενεχθῆν 397
διεξελαύνειν 1305
διεξέρχεσθαι πᾶσιν 148. ἢ βασιλείας *ibid.*
διεξοδικώτερον 956
διέπειν 1390
διεργάζεσθαι 847,1141
διεργασθεὶς 872
διευπρεπεῖν 251
διευλογεῖν 1252
διηθήσας 56
διημερεύειν 766
διηνθισμένον 113
διϊκνεῖσθαι τὸ σωμάτων 565
διϊσάμενοι 1093,1230
διχομόδυτος 791
διχομολογεῖν 173,868
διχομολογεῖσθαι 612,1110
διχομολογία 641, 697, 970,1314
διχοτόματα 1304
διχόστασις 827
διοδεύειν 1140,1146
διοικήσεις βασιλείας 1042
διοίκησις *ditio* 697
δι' ὄχλου εἶναι 1075
διπλοῖς 245
δίστεγος 1227
δισυχία *vel* δισυχία 344
δίψια ὕδατα 1345
διώκειν *sequi* 366
διωλύγιον 1310
διωρία 1239
δολερὸν 214
δολιώτατος 1175
δολοφρονηθεὶς 421
δόμησις 1008, 1090
δόμος *ordo* 469, 479
δόξαν 144
δόξαν παρέχειν *videri* 27
δορίκλητον 157,1194
δορυφορεῖν τινα 1006
δορυβόλα 420
δυλοκρατία 837,863
δοτὴρ 37
δράγμα 50,124
δράκα 124
δραματουργᾶν 1016
δρασμὸς 991. δρασμὸν παρασχεῖν 141
δράσσειν 669. δρασσόμενος 1145
δρασήειος 65
—— ἀνὴρ 279,396,404, 779,983
δρομάδες κάμηλοι 274
δρύφακτος 596,707,1130, 1226,1269
δωματεῖον 302
δυσαλωτοὶ 1138,1008
δυσαναλῶσοὶ 1138
δυσαναχίτων 297
δυσαντίλικτον 831
δυσακοδίδακτον 710
δυσάριστοι 138
δύσαρκτον 1057
δυσαυξεῖς 94
δυσδιάθετος 1312
δυσδοίκητον 1089
δύσελπις διακείμενος 183
δυσελπιστῶντες 161
δυσέμβολον 751
δυσεμβολώτατον 616
δυσερίντατα 995
δυσήνυτον 1251
δυσανατῶντες 1162,1179, 1240, 1252, 1266
δυσκατάλυτοι 1174

δυσμα-

δυσμαχώτατον 297
δυσνυμφία 257,569
δυσμεταχείριστον 971
δυσπαραίτητον 721
δυσπειθὴς 138
δυσπρέπεια 113
δυστεκνὸς 324
δυσωπακτον 1181
δυστηνία 715
δυχωρία 655,780
δυσωπῶν 523, 960, 971, 1145, 1186
δυσωπεῖσθαι 990
δυσώπημα 1021
δυσωπῆσαι 538,732
δωροδοκία 651

E.

Εγγαστρίμυθος 269
ἐγγενὴς 870
ἐγγεάφως 1025
ἐγγύη 145
ἔγκαρσιν πιεῖν 353
ἐγκαθεζόμενοι 254
ἐγκαθεῖρξαι 179
ἐγκάθετοι 1281
ἐγκαλεῖν αὐτοῖς ἀπάτης 185
ἐγκαλλωπίζεσθαι 799
ἐγκάρσιος 695
ἐγκέλευστον 1048
ἐγκειρισμύθος 331
ἐγκειρισμύθοι ἀρχὰς 209
ἐγκρατῶς ἄρχειν 603
ἐγκρίνεσθαι 1062
ἐγκύμων 26, 878
ἔγκυος 296
ἐγχειρεῖν 211,214
ἐγχειρίζεσθαι 338
ἐγχειρίζειν ἑαυτὸν *tradere seipsum* 1344
ἐγχειριδεὶς 901
ἐγχώσας 346
ἔδνα 252
ἐδώδιμον 45,1195
